



DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

De

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRI-
STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

DECIMA SEXTA:

Itidem methodum ad alias quasdam Smalcij & aliorum
Photinianorum seu Arianorum contra meritum Christi
objectiones solide respondendi ostendens.

QVÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis
ad d. 22. Novembris Anno c l o l o c x v. in inclusa VViteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLF GANGO FRANZIO, S. S.

Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

M. JOHANNNE DE GRAVEN
RIGA-LIVONO.

VViteberge, Typis Johannis Gormanni.



DISSERTATIONUM THEO.

LOGICARUM

SAAGRIFFS


CHRIST

...



Faint, mostly illegible text in German, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Ergendum est *quod* *Deo* in excutiendis reli-
 quis *Smalcianis* quæ adversus doctrinã de Sa-
 crificiis Patriarchalibus, satisfactionis Mes-
 siæ pro peccatis totius mundi præstitæ, typis
 firmissimis, contaminandam & corruppen-
 dam in medium, in libro suo recentissime
 transmissis præcedentibusq; disputationibus indigitato co-
 cervat.

Propositio.

QVARTUM OBJECTUM
 SMALCII DE SACRIFICIIS.

II. *Sic igitur pergit ille*: Illud verò quod necessariò consequi *Querit Smal-*
 ait Franzius ex eo, quod Abel & Cain adducunt oblationem, *cuius an ad A-*
 nempe ipsos ea sacrificia adduxisse ad Patrem Adamum, sum- *damum sue-*
 mum tum temporis sacerdotem, qui & docuerit suam Ecclesiã, *rint adducta*
 & simul administrarit sacrificiorum ceremonias, nonnè totũ *sacrificia,*
 magno risu dignum est? *Primum,* quæ necessitas consequentiæ, *Ad-*
 duxerunt, Ergò ad Patrem Adamum, *Sed quæ veritas præterea?* non
 enim *adduxerunt, sed obtulerunt* habet textus, & quod majus est,
obtulerunt Domino: quomodo igitur ad Patrem Adamum addu-
 xerunt. *Hæc ille.*

III. *Responsum jã antea fuit*; i. in textu Hebræo, nõ esse proprie
 OBTULERUNT, sed ADDUXERUNT. 2. Adducentẽ fructus terræ, u- *Abel & Cain*
 tiq; necessariò intelligẽdum esse, quod adducat eos ad aliquẽ *ad Patrem*
 locũ & ad aliquam personam, ut ibi fiant munus Domino seu *adduxerunt*
 Jehovæ. Audiantur de tali sacrificio verba Mosis Levitici 2, 1. 2. *oblationes*
Domino offe-
 ex interpretatione B. Ariæ Montani; *Animacum appropinquare fa-*
 ciet appropinquationem muneris (Mincha) Domino, *simila appropinatio*
eius, & fundet super eam oleum. & dabit super eam thus *וְדָבַר אֵל*
 וְדָבַר אֵל *& afferet eam ad filios Aaron Sacerdotis.*

IV. In Hebræo est idem vocabulũ, quod extat Gen. 4. 3. Et *Alius est ad-*
 venire vel adesse faciet eam ad filios Aaron Sacerdotis. Utiq; enim duo *ducens, alius*
 distincti sunt actus, *Prior,* quod aliquis adducit, præsentem sistit, *verò sacrifi-*
 adesse facit fructũ terræ, *Posterior* quod adductum, præsentatum *cans.*
 adesse factũ fructũ terræ alius Jehovæ certo ritu offert. Idq; u-
 trunq; ad oculos depingitur eodẽ Levitici capite argumentis
 duobus.

V. Primum argumentum constat ex hoc ibi demandato ceremoniarum exercitio 1. Jubetur anima, sacrificium pro sese fieri exoptans, similam cum oleo & thure afferre ad filios Aaron Sacerdotes. Et optimè notandum est, (quando anima adduxit similam cum oleo & thure) nondū & quidem illico hæc adductio & præsentatio possit aut debeat vocari & æstimari pro oblatione Jehovæ facta. Nam 2. jubetur Sacerdos ex illa materia adducta afferre plenum pugillum de simila & de oleo, & hunc pugillum una cum toto thure suffire Domino, 3. Jubetur Sacerdos residuum de hoc munere Aaroni & filiis ejus retinere.

VI. Secundum argumentum constat ex simili ceremoniarum exercitio ibidem versu 4. 5. 6. 7. 8. Iterum enim 1. jubetur anima materiã diversam afferre. 2. versu 8. expressè distinguitur inter totam allatam materiã, & inter sacrificium, quod fit ex materijs illis allatis in hunc modum, *Et adduces sacrificium, QVOD FIT EX IIS DOMINO.* Etsi igitur quandoque tota materia allata fit & nominatur, oblatio, Sacrificiũ, munus Domini, tamè ut etjã in certis minchis quæ nõ offeruntur pro sacerdote sed pro auditoribus, item in primogenitis, & aliis, proprijsimè sacrificium censetur & nominatur illud, quod ex tota materiã allatã secernitur & seligitur, ut inde DEO fiat sacrificium, per competentes quasdam ceremonias.

VII. Animadvertatur ibidè penitissimè versus novus & decimus, qui ita habet, *& elevare faciet Sacerdos DE MUNERE MEMORIALB ejus & suffire faciet in altari, ignitio odoris, quietis Domino, Et residuum de munere Aharon & filiis ejus, Sanctitas sanctitatu de ignitionibus Domini.* Item versu 12. in appropinquatione primitiarum *accedere facietis (mel & fermentum) Domino, sed AD ALTARE NON ASCENDENT IN ODOREM QUIETIS.*

VIII. Quis nõ videre poterit, in sacrificacione fructuũ terræ aliud fuisse dicendum fieri ab eo, qui adduxit materiã, aliud ab eo, qui eandem usitatis ceremoniis, (QVAs Adami Mosisq; tempore easdem fuisse disputatione præcedente satis innuimus,) Domino suffivit. Cum igitur hoc in loco saltem de Caino dicatur, *quod adduxerit & præsentaverit materiã de fructu terræ*

Aliud est totũ adductum, aliud est quod sepe ex toto secernitur, ut super altare Domino offeratur, & tamen reliquæ partes manent suo modo sanctificata Domino.

Sicut mel & in fermentum, ita primitie mellita & in fermentate super altare non venient.

terra in mincham vel oblationem Jehovæ, adhuc restat quæstio & re-
sponso, Utrum Cainus, an verò alius de oblata materia Jehovæ
suffitum fecerit & sacrficationem genuinam instituerit, quæ in
sequenti instantia expedita dabitur.

I X. Sic igitur ulterius pergit Smalcus in hunc modum: Porro quæ
rursus necessitas consequentiæ, obtulerunt Domino, Ergo per
summum sacerdotem. Nonne aliquid offerri Domino potest
absque summo Sacerdote. Adamum verò summum sacerdo-
tem appellare euraq; ceremoniarum sacrficiorum Magistrum
constituere, quid quæso est aliud, quàm seipsum egregium re-
rum novarum & puerilium inventorem exhibere, & religionem
etiam ipsam alijs deridendam proponere. Hec ille.

X. Respondeatur, & consideranda proponuntur Smalcio
hæc sequentia. Et ante omnia, 1. quod Exodi 19. 22. nominan-
tur Sacerdotes, qui accedunt ad Jehovam, idque ante Aaronem
axiomate Sacerdotis summi, indutum & ante filios Aaronis in
Sacerdotum censum cooptatos, quodq; etiam sacerdotum mini-
sterio Jethronem & totum Israelem sacrficasse Exodi 18. 12. &
24. 5. supra declaratum invenietur: 2. deinde quod sub Hierar-
chia Mosaica nemo ad sacrficia D E O sacrficanda admitte-
batur, nisi quem D E U S singulariter officio tali præficeret, quæ
omnia latissimè elucidata sunt disputatione sacrficiali octava
ne opus sit hoc in loco actum agere.

XI. Hinc igitur sumta est regula Smalcio iterum iterumq;
probè meditanda, Apostoli ad Hebr. cap. 5. 1. 2. 34.

*Omnis autem ex iudeis (Pontifex) ex hominibus assumptus pro hominibus
constituitur in ijs quæ sunt ad D E U M, ut offerat dona & sacrficia pro pec-
catis. Qui condolere possit ijs qui ignorant & errant, quoniam & ipse circum-
datus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo ita etiã
pro semetipso offerre, pro peccatis, neque sibi ipsi quisque sumit hunc hono-
rem, sed qui vocatur à D E O ut dicitur in Genesi 22. 2. & Aaron.*

XII. Ex his igitur sequentem argumentationem ipsimet meditandam
committimus: Cuicumque convenit definitio eidem necessum est
convenire definitum ipsum. Alicui homini tempore Adami
convenit hæc definitio, esse ex hominibus assumptum, pro ho-
minibus constitutum, in ijs quæ ad D E U M, ut offerat dona &

*Instantia
Smalcij de A-
damo, an is
sacrficium
obtulerit quod
ad ipsum ad-
ducebatur, ut
sacerdos.*

*Sacrficare ne-
mo unquam
ausus fuit nisi
sacerdos, nec
rex, nec Pro-
pheta ordina-
riè.*

*Extraordina-
ria exempla
quorundam
tam non tol-
lunt hanc re-
gulam quam
miracula non
everunt na-
turam.*

*Recapitula-
tio.
An tempore
Adami aliquis
fuerit Sacer-
dos.*

sacrificia pro peccatis, Ergò alicui homini tempore Adami
convenit quoq; ipsum definitum, ut esset Princeps Sacerdos,
ut habet Syriaca versio, vel ut esset ἀρχιερεὺς, quemadmodum
habet versio Græca, uno verbo, ut in tali actione esset sacerdos.

Propositio.

XIII. Ad propositionis explicationem pertinet parva atten-
tio, Sacerdos nimirum ab Apostolo ad Hebræos describitur quod
sit assumtus ex hominibus, ut pro hominibus agat apud Deum,
videlicet ut offerat dona & victimas pro peccatis, h. e. omnis
generis sacrificia. Cur ex hominibus Deus assumtum voluerit
Sacerdotem, adicit Apostolus ad Hebræos videlicet, ut quo-
niam & ipse circumdatus est infirmitate, propterea possit &
debeat pro se & pro populo offerre, In primisq; quod talis nõ si-
bimetipsum rapiat hunc honorem, sed à Deo vocetur, Sicut Et
AARON.

Assumptio.

XIV. Ad assumptionem quod attinet, res est in propatulo,
nec operosa indiget declaratione nedũ aliqua demõstratione,
Tẽpore Adami viventis offeruntur Deo dona & victimæ, (min-
chæ & primogenita seu primogenitorum adeps, quibus expia-
ta etiã fuisse peccata, probatum fuit superius, ex Levitici 2. 2.
& 3. 5. 16. & primogenita comparantur pacificis Num. 18. 17.)

Conclusio.

XV. Itaque necessariò manet conclusio, tempore Adami
adhuc viventis, fuisse aliquem ἀρχιερεὺς seu Pontificem seu
principem Sacerdotem, cujus ministerio apud Deum talia fue-
rint acta, & oblatum pro infirmitate tum propria tum aliena.

**An Adamus,
an filius qui-
dam Adami,
temporibus A-
dami egerit
Sacerdotem
& sacrificia-
rit.**

XVI. Habemus jam, quod confiteri deceat, tempore Adami
viventis fuisse quendam sacerdotem & quidem summum,
Restat dispiciendum, utrum ille summus Sacerdos tunc fuerit Adam pa-
ter, an verò Cainus, an deniq; Abelus. In Levitico Sacerdos summus
constituitur Aaron & filij ejus inferiores Sacerdotes. Ante Mo-
sen autem cunctos primogenitos sacerdotali dignitate & offi-
cio defunctos fuisse, inter problemata sacrificialia evictũ esse
speramus. Quæ igitur impedimenta nos prohibent credere,
multò magis omnium primogenitorum primogenitum (ut ita
loqui fas sit) primum Adamum eidem officio divinitus suis
temporibus præfectum fuisse & diligentissimè præfuisse.

Syllog.

XVI. Itẽ deinde conficitur, & hæc argumentatio Smalciij,
quã probissimè perpendẽda. Qui quovis tempore post Adamũ
certas



certas ob causas certis personis voluit incumbere sacrificandi officium, is etiã ipso Adami tempore certæ personæ idem munus voluit incumbere, At post Adamũ D E U S semper non nisi certis personis officium sacrificandi incumbere voluit, Ergo etiam Adami tempore certæ personæ moderationem sacrificatiõnũ idem D E U S cõstare voluit, nimirum ut jam alio argumẽto fuit doctũ, patri Adamo, ad quem filij Cainus & Abelus dona & primogenita sua adduxerun.

XVIII. A temporibus Moſis usq; ad Christum exaltatũ Aaronis linea tota fungebatur Sacerdotio, & tamen quoties Sacerdos aliquis aliquid pro suis peccatis vel alioquin pro se offerre & sacrificare volebat, toties alterius sacerdotis opera flagitabatur, ut pulchrè colligitur ex Levitici 4. 3. 4. his verbis: *Si Sacerdos peccaverit, offeret sacrificiũ pro peccato, adducetq; juvenẽ ad ostiũ tabernaculi Ecclesiæ in conspectu Iehovæ, Accipiet Sacerdos de sanguine & inferet in tabernaculum Ecclesiæ.* Bis in loco isto fit Sacerdotis mentio, quia de duobus sacerdotibus est sermo. Nõ enim sacerdos sacrificio expiandus audebat ingredi ipse in tabernaculum & ibi spargere sanguinem cum alioquin (a minori ad majus) immundus sacerdos quoties ipse tetigerat saltem res immundas, nec de sanctificationibus comedere permittatur Levitici 22. 1. & sequentibus. *Excipiebatur unicus & inevitabilis actus toto anno Levitici 16. idq; propter speciale mandatũ Dei versu 6. 11. 17. 24. quo tempore D E U S volebat humiliari corã se omniẽm Ecclesiam, ne uno individuo præterito, quemadmodum ex toto capite satis potest colligi.*

XIX. A temporibus autẽ Adami usq; ad Moſen nõ omnes unius familiae filij & posterũ erant sacerdotes, sed quod disputatione octava satis est deductũ, tantũ primogeniti, aut qui sæpenumero, ferente occasione, primogenitis substituẽbatur. Ex quo ipso ordine servato, quis nõ colliget, hanc consuetudinem divinitus apud Patriarchas fuisse inttroductam, factõ initio ab Adamo ipso. Pertinuit autẽ ordo ille, ne sacrificaret aliquis nisi per Sacerdotem ad summam certitudinem, ut sacrificantes certissimi essent, se ceremoniam D E O placentem peragere, & in hoc actu D E U M peculiariter respicere penitentiam, & se tunc certissimè absolvi à peccatis.

Cere-

Sacerdos pro
se vel pro pec-
catis suis obla-
turus uteba-
tur alterius,
sacerdotis sa-
cerdotali ope-
ra.

Ceremonias autem sacrificandi temporibus Adami, Noachi, Moſis congruiſſe, aliquoties huc uſque deduximus.

XIX. Ergo quovis tempore Deus ſacrificari ſibi voluit per aliquem huic rei ſingulariter deputatum ſacerdotem, & per conſequens multò magis huic officio ſuis temporibus magnus præfuit iſte Adamus Pater, & curator ſedulus, neq; opus fuit, ut in his iſtis in dubium vocandis adverſarius noſter tantùm ſibi ſumeret audaciæ & ſolicitudinis. Id quod tamè exagitare non licet, præſertim cum paulò poſt ſibi metipſi ſit cõtradiçturus, quemadmodum mox evidenter apparebit.

QVINTUM SMALCII OBJECTUM DE SACRIFICIIS.

XX. Audiatur aliud Smalcij objectum. *Sic igitur ille ibidem è* *vestigio*: Sed his omnibus omiſſis, etiam ſi totum hoc commentum fanè plus quam *anile* Franzij concederetur, quid tandem obtineret Franzius? Unde vel per ſpeciem meritum illud Chriſti, cujus ſtabiliendi cauſa, hæc tanta machina argumentorum adhibita erat, deduci poſſet? *Hæc ille, ad quæ reſpondendum eſt.*

Quærit Smalcii, unde nam conſtare poſſit, ſacrificia fuiſſe typos paſſionis Chriſti.

XXI. Propoſitus fuit Oſtorodo in diſputatione de poenitentia loco reſponſionis ad hanc quæſtionem hic ipſe fortiffimus nodus, ſeu ſyllogiſmus pro merito Chriſti contextus ex doctrina de typis meriti Chriſti antiquis, videlicet de Sacrificijs, de quo fatetur ipſe Socinus, pro merito CHRISTI defendendo à noſtratibus nullum ſolidius argumentum deduci poſſe quam eſt illud de ſacrificijs, parte ſ. de ſervatore cap. 9. de ſervatore. Iſtud autem totum negocium pro roboranda doctrina Eccleſiarum noſtrarum pro merito Jeſu Chriſti in theſibus ſuper Auguſtanæ confeſſionis articulos concinnatis non niſi *breviter* attigimus, ita tamen ut negocij omnis iſtius epitomen Oſtorodo expendendam & expendendi ſufficientem anſam daremus.

Circumſtantie moſtrant, ſacrificia eſſe typos mortis Chriſti.

XXII. *Nimirum*, quod ſacrificia nulla fuiſſent futura in ſtatu innocentia, & quod non niſi demum illico poſt lapſum cœperint, cum ipſa promiſſione de Meſſia contrituro caput ſerpentis, & quod non niſi durarint uſque ad exaltatum Chriſtum

ad

ad dextram Patris sui. Hic quilibet etiam mediocriter res sa-
cras æstimans laicus, nedum eruditus Theologus, cum animo
suo cogitationem illam necessariò concipiet, sacrificia non
poruisse, non habere singularem aliquem respectum ad ipsum
Christum, siquidem non nisi cum promissione de Messia cœpe-
runt, & non durarunt nisi ad exaltationem ejusdem post ascen-
sionem.

XXIII. Deinde quod Sacrificia expressissimè describan- *Sacra literæ*
tur nobis in sacris literis tanquam umbræ, exemplaria adeoque *Heb. 10, 1. vocat*
tanquam typi patientis Christi, & quod hoc ipsum ex reliquis *expresse sacri-*
libris totius veteris & novi Testamenti assumat sibi explican- *ficia umbras*
dum & simul prolixè & perspicuè explicet epistola ad Hebræos *passionis Chri-*
& inter alia dicat Hebr. 9, 12. quod Christus non per sanguinem hircor- *sti.*
rum & vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus sit semel in sacrari-
um æternam redemptionem natus. (Nam ubi antitypon adest, ibi non
amplius opus est typis. Ubi quod in nostris libellis thesium,
incuria typographi & correctoris, quilibet perperam exara- *Errata typo-*
rum videre potest puer, Christum per proprium sanguinem hircorum & *graphica Smal-*
vitulorum ingressum, cui sibi censendum sum sit Smalcus, quod *cius inter erro-*
nos ipsi correctoris vitium culpavimus & culpavimus. Sed ad res auctoris re-
rem potius hanc ipsam acriores cogitationes Smalcus debuit *censet, quoniam*
set intendere.) *sine cogitet*

XXIV. Deniq; ea quæ Scriptura Veteris Testamenti de *lector.*
sacrificiis recitat, (nimirum quod seligantur pura, quod addu- *Quæ sacrificiis*
cantur ad locum destinatum, quod ei imponantur peccata ho- *Scriptura ascri-*
minum, quod post impositionem ipsis factam habeantur pro *bit, eadem*
impuris, quod tunc eorum vita in sanguine consistens profun- *Christo tribu-*
datur, quod sanguis profusus & exceptus singulariter super al- *it eadem Scri-*
tate spargatur, quod spargatur super altare pro homine expi- *ptura.*
ando, quod combustus expiet hominem, &c.) QUOD EA
IPSA Christo quoq; à Spiritu sancto attribuantur, qui seligi- *Videat Smal-*
tur ex toto genere humano purissimus, adducitur ad locum à *cius ex quo*
Patre deputatum. Pater ponit super eum omnium nostrum pec- *fundamento*
cata, post imposita peccata habetur Christus pro peccato, at- *sacrificiali sa-*
tollitur in crucem & in corpore suo perfert peccata nostra, in *tisfactio Chri-*
cruce moritur pro nobis, & sanguine suo Agnus ille Dei expiat *sti, probetur.*

B

pec-



peccata totius mundi, quod alio verbo utentes dicimus, *Christus* satisfacit pro peccatis totius mundi.

XXV. Et talia sunt hæc omnia ut vel stupidissimo movere debeant & possint cogitationem, ut animadvertat sacrificia suo modo olim expiasse seu contulisse expiationem, & simul hæc eadē adumbrasse expiationem à Christo factam, 2. & quia sacrificia typica vim expiandi ex Dei ordinatione suo modo habuerunt, quod multo magis Christus ipse passione & morte sua expiarit semel totum genus humanum. Hæc igitur omnia in hoc tractatu sacrificiali fusissimè explicantur, tum verò in thesibus brevius fuerunt delineata, ita tamen, ut si intendisset piam cogitationem sive Ostorodus, sive qui pro se & Ostorodo respondit Smalcus, facilimè invenisset, de quo sibi magis deliberandum esse vidisset, antequam ad istas tragicas & omninò nihil causæ ipsius profuturas exclamationes descendisset.

XXVI. Sentiet autem quod speramus imposterum plus robur & vim machinæ argumentorum nostrorum à sacrificijs præparatorum, & ex sacrificijs non speciem saltem, sed & rem ipsam, veritatemque meritoria passionis Domini nostri JESU CHRISTI experietur, refutatum non tam facilem, sicuti forsan sibi imaginatus fuit in scripto suo, deprehendetque hanc non esse inventionem rerum novarum & puerilium, nec deridendam religionem nostram, vel Judæis vel alijs exponi, sed recenseri vetustissimorum Patriarcharum confessionem de merito Christi tunc venturi, hodiè exhibiti, & in hujus nomine, merito & satisfactione tam veteres quam homines novi testamenti solummodo & unice salvari.

SEXTUM OBJECTUM SMALCII DE SACRIFICIIS.

XXVII. Procedit ad alia Smalcus in argumento de sacrificijs, quod ipsi valdè contingit mirum vel potius absurdum.



surdum, & in quo conficiendo multum sed frustra laborare. *6. Querit*
necessum habebit, & jam sic exemplo scribit: Nonne potuit Deo Smalcus quē
sacrificare Adam absque figuratiōe meriti Christi? Quid nam ceremo-
verò tandem responderet Franzius, si legeretur, Adamum et-
iam sacrificasse, quod C E R T E fieri potuisse; nec ipse Fran-
zcius negare F O R T A S S E poterit, quoniam illi summo sa-
cerdote & ceremoniarum ad sacrificia necessariorum magi-
stro opus fuisset. Reliqua persequi piget me, & poenitet, sed
quid agam, cum nos ita provocet, & seipsum ita jactet Franzi-
us in hac sua deductione. *Hac ille.*

XXIIX. *Responderur primò obiter* (siquidem hactenus sa-
pius fuit inculcatum) disputationibus sacrificialibus huc uf-
quē satis esse probatum, quod sacrificia nullum alium finem
habuerint, quàm hunc, nimirum ut ex ordinatione divina,
suo modo expiarent peccata hominum, & simul adumbrarent
meritum passionis Christi satisfactoriæ: ideoq; Adam non potu-
it, ut nec ullus alius sacrificare sine figuratiōe meriti Christi,
atquē ita verè occisus est Christus ab origine mundi in sa-
crificijs videlicet suam mortem optimè adumbrantibus, Apo-
calyp. 13, 8.

XXIX. Deinde objectionem propositam quod attinet,
libenter accipitur quod adversarius ipse jam tandem putat à
nobis negatum iri (quod tamen unice nos pugnamus,) Ada-
mum (post editam tamen promulgationem Evangelicam de
semine contrituro caput serpentis) etiam sacrificasse.

XXX. Quod tamen quærit Smalcus, quoniam ille sum-
mo sacerdote & Ceremoniarum ad sacrificia necessariorum
magistro uti potuerit, E X P E D I T A est responsio 1. ex Levi-
tici 16. per analogiam, sicut quandoque summus Sacerdos qui-
libet & ipse quoque Aaron pro se & pro tota domo sua, & pro
tota Ecclesia Israelitica sacrificavit, ita quoque tum Adam
facere potuit, facere debuit. 2. Ceremoniarum autem ad sa-
crificia necessariorum magistrum ille habuit, non nisi sapien-
tissimum, videlicet ipsum auctorem sacrificiorum Deum, non
fuit ipse Magister seu inventor earum ceremoniarum.

XXXI. Non fuisset autem quod Smalcus iactationem
objecisset, nam per Dei gratiam hæc utilissima argumenta à
Sacrificijs desumpta innotuerunt penitissimè studiosis nostris,
& ipsi in his etiam magnam ponunt fiduciam causæ nostræ,
& certi sunt, quod ea ipsa non sit solidè debellaturus ullus ad-
versarius. Pœnitet putamus & Smalcium meditari in iisdem
argumentis: Sed adhuc nos oramus, ut eadem sub accura-
tissimam trutinam expendere ne detrectet. Ex tota enim
facie rerum satis nobis probabile redditur, illud hæctenus ab
ipso factum sufficienter nondum fuisse, in re tam magna, tam
unicè spectante salutem animarum nostrarum.

INSTANTIA I. SMALCII.

XXXII. Progreditur Smalcus & inquit, *interrogat* (Fran-
zius) *quandonam & à quonam mandatum sacrificandi pecudes acceperit*
Adam? Respondeo, SI ACCEPIT, à nemine nisi à DEO ac-
cepit? SED AN ACCEPERIT queritur. Nam SI MAN-
DATUM ACCEPISSET, Cur id non ad ipsum potius
spectasset, præsertim si datum tunc ei fuit, cum DEUS ei tu-
nica pelliceam faceret, hoc est, longo tempore antequam
liberi essent adulti? Jam verò si ipsi datum fuisset mandatum
sacrificandi, quis ut modo diximus, ejus nomine ea obtulisset,
siquidem summo sacerdote, ad quem adducuntur sacrificia) se-
cundum Franzium opus est? Hæc ille.

XXXIII. Respondemus, & gratias agimus Deo, quod
adversarius ipse fateri cogitur, Adamum à Deo jussum esse
sacrificare, & quidem circa tempora datarum vestium pelli-
cearum. Quod verò addit, SI accepit: jubemus ipsum
bono & quieto animo esse, & hæc meditari, quod Deus respe-
xit ad sacrificium Abelis (Genes. 4, 4.) & ad oblationem ejus.
Item quod per fidem majus sacrificium Abel obtulisse scribi-
tur Deo quam Cain Hebr. II, 4. Querimus ergò, num Deus
tunc potuisset probare sacrificium Abel, tanquam novum cul-
tum divinum, nisi Deus ipsemet eundem novum cultum divi-
num instituisset, num per fidem placere possit aliquid Deo,
quod per Deum non est institutum. *Cur autem in Genesi non ex-*

et expressa institutio sacrificiorum, haecenus plus sepe per totum hunc tractatum fuit dictum. Quomodo Adam in necessitate etiam pro se offerre potuerit, jam paulo ante etiam est decisum ex verbo Domini. Transeamus igitur ad alia.

II. INSTANTIA SMALCII.

XXXIV. *Smalcus*: Vnde verò constat, Adamum tunc, cum à Deo objurgaretur & tunica pellicea indueretur, pecora grandia occidisse, ut *Franzius* affirmet, eum tum propter recentissimas Dei objurgationes, ne unam avem minimam nedum pecora grandia occidere ausum fuisse? Ergò jam pecora grandia ita erant multiplicata, ut mactari quaedam possent, cum Deus Adamo nudo tunicam pelliceam pararet, & ob peccatum commissum eum objurgaret? Ergò pecora eaque grandia ad sacrificia necessario requirebantur, cum tamen de Caino legatur, quod de fructibus terræ Deo obtulerit, Abel verò de primogenitis gregis & de adipe illorum. Quis tandem erit finis commentorum *Franzij*. *Hæc iste.*

XXXV. Responsione vix opus esse ad istas admodum tenues instantias studiosi nostri harum disputationum sacrificiorum haecenus satis experti ipsimet fatebuntur, & ut fastidiosam prolixitatem, cuius nobis necessitatem adversarij provocatio imponit, ignoscant, rogamus. Quis verò unquam ex sanis docuit, Deum non plura nisi duo in uno quolibet genere animalium creasse, sicuti in homine factum fuisse Scriptura *individua ovi* expressissime limitat. Rectè igitur *Lyræ* scribit: In piscibus *um condita ex* & avibus & brutis animalibus sunt multæ species subalternæ *istimari debe* ac etiam specialissimæ, & ideo in productione eorum fit *ant, an plura* mentio de generibus & speciebus, natura autem humana *circa totam* producta est primo in uno individuo, ut patebit infra, & ideo *terram* non fit ibi mentio de genere vel specie. *Hæc ille*, urgens sine dubio vocabula, PRODUCANT aquæ reptile animæ viventis, & produxerunt, sic producat terra animam viventem, & fecit Deus bestias terræ ubi non de uno pari Scriptura intelligi potest, sicut in creatione hominis.

XXXVI. De grandibus pecoribus cur subtiliter philoso-



phari conatur Smalcus, qui legit Genes. 1, 21. *Deum statim creasse cætos magnos.* Cur ita non potuit etiam condere oves & boves. Quando verò Cain obtulit & in primis Abel de PRIMOGENITIS, ibi pecora jamdudum in immensum fuerunt aucta.

III. INSTANTIA SMALCII.

XXXVII. *Adhuc subjicit Smalcus:* En habes lector primam partem argumenti Franziani de fide in meritum Christi, in qua quid rectè dictum sit non video, nisi fortasse hoc unicum, quod ALIQUA DEI REVELATIO accesserit, quæ Adamum docere potuit, Deo cultum & honorem esse deferendum, eumquæ ut affectione animi in Deum, sic etiam externis actionibus, quales scilicet tunc exerceri poterant, testificandum. Quamquam ne hoc omninò certum est, potuit enim Deus ipsis filiis Adami hoc patefacere. *Hac ille,*

XXXVIII. Iterum gratias agimus adversario sponte facti coacto, tamen tunc sub initium factam fuisse aliquam Dei revelationem, nimirum de sacrificijs. Difficulus nobis illud sentientibus assentiri huc usque voluit. Sed non dubium est in conscientia convictum aliter sentire ipsum non potuisse, & speramus etiam omnes alios huic assertioni manus faciles daturus. *Unde finis sacrificiorum estimari debet.* Quod autem addit, sacrificia fuisse instituta ad testificandum animum gratum erga Deum, & hunc constituit finem institutorum sacrificiorum: de eo quòd aliter sese res habeat, hactenus, præsertim disputatione præcedente copiosè fuit actum.

XXXIX. De illa quæstione, utrum sacrificia primo omnium Adamo, an verò primo omnium filijs Adami fuerint mandata, nunc priorem animi sententiam propemodum mutans respondet Smalcus, potuisse primo omnium ipsis filijs Adami eadem mandari divinitus, & tamen antea dixit, CERTE fieri potuisse, ut etiam ipsemet Adamus sacrificaret.

XL. Restat igitur inter nos decidendum, utrum Scripturæ convenientius sit, Adamum priorem accepisse mandatum sacrificandi, & Adamum sacrificasse ex mandato divino,

an verò, non patrem sed filios accepisse mandatum sacrificandi, adeoque patrem aut non sacrificasse, aut præter divinum, mandatum sacrificasse, filios verò demum ex mandato divino sacrificasse. Verum quia ante Aaronem & tribum Levi omnes primogeniti sacrificarunt aut sacerdotijs præfuerunt, iccirco quis non dicet longe probabilius esse, ipsum quoque Adamum priorem & mandata accepisse & sacrificasse, quàm ut fateri velit, Adamum aut non sacrificasse, aut citra mandata Dei sacrificasse, seu non expectato mandato divino sacrificasse, adeoque non Deum sed hominem esse primarium sacrificiorum auctorem.

SEPTIMUM OBJECTUM SMALCII DE SACRIFICIIS.

XLI. Progreditur ad alia Smalcus hoc pacto, & prius recitat verba Franzij ex disputatione sæpius allegata hæc: *Adjici-7. An Epistola mus, quod typica sacrificia desierint, cum ipsa morte pro nobis tolerata. Vtiq; ad Hebræos ali- enim statim post resurrectionem & ascensionem in Pentecoste Apostoli divini- quo respectu tus edocti, proclamaverunt illa capita doctrine quæ in epistolis ipsorum cernun- possit dici com- tur: In scriptis autem Apostolicis, & imprimis in compendio illo reliquarum pendium alia- Apostolicarum epistolarum, (quod ad hanc ipsam materiam) nimirum in E- rum sacrarum pistola ad Hebræos tractatur illud quoq; præcipue, quod sacrificia veteris Te- epistolarum, stamenti fuerint ritus & signa ad tempus imposita, nimirum usq; ad illud tem- pus, quo Christus per proprium (omisit Typographus quod ipse ad- versarius videt & fatetur, non per) sanguinem hircorum & vitulo- rum ingressus est semel in sacrarium, æternam redemptionem nactus. Hactenus verba Franzij allegata à Smalcio.*

XLII. In his verbis dicitur Epistola ad Hebræos esse compendium reliquarum epistolarum Apostolicarum, QUOD AD HANC IPSAM MATERIAM: nimirum in qua tractanda etiam theses illæ versantur, videlicet *sacrificiali*. Et omninò sese res illa ita habet. Ex sacrificiorum doctrina sumti citantur in alijs scriptis sacris hi sequentes aphorismi, Matth. 20, 28. Filius hominis non venit, ut sibi ministraretur, sed ut ministraret & daret animam suam *redemptionis pretium* pro multis. Sumitur enim hic ex Lev. 17, 11. quod anima expiet & ita redimat aliam animam. Hinc sunt plures aphorismi Matt 26, 28, Marc. 14, 24. Hic est sanguis meus qui pro multis effunditur. 43. Hue

XLIII. Huc illud Joh. 1, 29. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, & versu 36. Ecce agnus Dei. Act. 8, 32. Philippus Evangelista in curru Æthiopi explicat illum locum, *sicut ovis ad macerationem ductus fuit, & ut agnus coram tonsore suo obmutuit.* Rom. 5, 8: Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: & 2, 3. 4. Deus suo ipsius Filio misso conformato carni peccato obnoxia, pro peccato condemnavit peccatum in carne. (*sic enim pecus peccatum siebat, & in eo puniebatur peccatum hominis*) 2. Cor. 5, 21. Fecit ut is, qui non novit peccatum, pro nobis peccatum esset. Gal. 3, 13. Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictio. Ephes 5, 2. Christus tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis. Col. 2, 14. Deleto quod adversum nos erat, rituum Chirographo quod erat nobis contrarium, illud sustulit è medio cruci affixum. 1. Tim. 2, 6. qui dedit seipsum redemptionem pro omnibus, Tit. 2, 14. qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, 1. Pet. 2, 24. qui peccata nostra pertulit ipse in corpore suo super lignum, cujus livore sanati estis 1. Joh. 2, 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris Apoc. 13, 8. agnus occisus ab origine mundi.

XLIV. Hæc sparsim à sacrificijs quoad verba & res desumpta, & ad Filium Dei applicata, tandem omnia magis methodicè declarat epistola ad Hebræos, *dicens*, veteres sacerdotes sacrificasse pecora, hircos & vitulos pro peccatis hominum, & sacerdotem summum ingressum in sacrarium cum sanguine vitulorum & hircorum. At hæc omnia dicit fuisse umbras & exemplaria Christi, qui per proprium sanguinem, non verò per sanguinem hircorum & vitulorum nos expiavit. Et constat, quod nullus alius Evangelista aut Apostolus tali methodo res à sacrificijs indigitatas in epistolis Apostolicis proponat atque explicet, sicut Apostolus ad Hebræos facit. Non fuit dictum, **IN GENERE**, epistolam ad Hebræos esse compendium omnium aliarum epistolarum Apostolicarum, sed dictum fuit **IN SPECIE**, epistolam ad Hebræos esse compendium reliquatum epistolarum, **QUOD AD HANC IPSAM MATERIAM sacrificialem videlicet.**

XLV. *Sed audiat responsio Smalcij: En (inquit) verba ipsa* Franzij quæ omnia concedam, ut aliquid obtineat, si modo possibile est, ut per ea aliquid obtineatur. Quamquam **RIDICULE** proculdubio epistola ad Hebræos compendium Apostolicarum Epistolarum appellatur. *Hæc ille.* Poterat hinc miris modis tractari & æstimari Smalcij, qui verba tam apertè in parenthesi à Franzio posita, ipse in suo scripto repetivit & tamen quasi non fuissent à Franzio posita, vel ab ipso repetita, vel quasi fuissent sine causis posita, sic audet scribere, **RIDICULE** epistola ad Hebræos compendium Apostolicarum epistolarum appellatur. **RIDICULE** omninò epistola ad Hebræos appellaretur compendium epistolarum Apostolicarum, si hoc fieret simpliciter, absolutè, generaliter. Nequaquam autem absolum vel ridiculum illud est, si quis **QVO AD HANC MATERIAM** *sacristialem* in specie scribat, epistolam ad Hebræos esse compendium reliquarum epistolarum Apostolicarum.

OCTAVUM SMALCII OBJECTUM DE SACRIFICIIS.

XLVI. Procedat animadversio super reliqua Smalcij objecta. *Pergit his ille verbis:* Videamus quid hinc effici posse credat Franzius. Idem autem habetur thesi 155. His præmissis ulterius expendatur illud, quod quicquid in scriptura de sacrificijs typicis dicitur, quod expiarint peccata hominum, illud in iisdem scripturis sanguini Christi applicetur, quod purget nos ab omnibus peccatis, quod sit pretium redemptionis &c. *Hactenus verba Franzij.* Audiamus ad ea responsionem Smalcij.

XLVII. Hic illud (*inquit Smalcij*) maximopere rotandū est, quod non soli sanguini vel morti Christi tribuatur in sacris literis nostrorum peccatorum expiatio, sed etiam, & in primis **SACRIFICIO IPSIUS.** Nec immeritò. Sacrificia enim illa legalia, non tantum mortis Christi, sed etiam sacrificij ipsius & hujus maximè typi fuerunt. Sacrificium autem non nisi in cælis perfectū esse, hinc perspicitur, quod sacrificia veteris

8. An sacrificia fuerint in sanctuario vel sancto sanctorū perfecta, & an Christus, nunc in cælo propriè & verè expiare nos dici debeat.

C

testa-

Sacrificia in sanctuario vel sancto sanctorum olim perficiebantur testamenti non nisi in sanctuario perficiebantur. Sanctuarium autem illud vel sancta sanctorum typus erant coeli ipsius, in quod Christus ingressus est, non tunc cum moreretur in cruce, sed postquam in caelos ipsos ascendit. *Hæc ille.*

juxta Smalcium. Iudicent nostri studiosi doctrine sacrificialis periti de hoc enunciato.

XLVIII. Duo Smalcio apud nostram studiosam juventutem, etiam illam, quæ Smalcij scripta alia aliquid esse existimabat, magnam ademerunt existimationis partem, 1. quod scommatibus Christiano homine indignis compleat scripta, quæ nunc passim edidit adversus aliquot Theologos, & tamen in Catechismo Academia VVitebergensi Anno Christi 1608. dedicato præ se fert, quasi amet unicè modestiam, & ad eam quoque adhortari alios omnes videri sibi velit, in loco de Prophetico munere J E S U Christi cap. 1. in explicatione, ut ipse numerat noni præcepti. 2. quod in doctrina de sacrificijs tam enormiter delinquat, & suspicionem faciat, quasi eam nunquam fundamentaliter aspexisset, & inde metiuntur ipsum quoque Socinum, quod discipulus non possit esse supra magistrum.

Resp.

XLIX. 1. Expiatio peccatorum (*inquit*) tribuitur sanguini, tribuitur morti, tribuitur sacrificio Christi. (*Rectè*) 2. Sacrificia (*porro ait*) illa legalia non tantum mortis Christi, sed etiam sacrificij ipsius, & hujus maxime typi fuerunt. (*Et hoc rectè dicitur, quia dicitur mors in cruce peracta illud sacrificiū, etsi Smalcium rectè loquens non rectè sentit.*) 3. *At (inquit ulterius)* Sacrificia Veteris testamenti non nisi in sanctuario perficiebantur, sanctuarium autem illud vel sancta sanctorum typus erant coeli ipsius, in quod CHRISTU SINGRESSUS est, non tunc cum moreretur in cruce, sed postquam in caelos ipsos ascendit. Et sane, si Christus in cruce sacrificium peregisset, quomodo dici posset, quod thesi præcedenti etiam allegat Franzius, CHRISTUM per proprium sanguinem ingressum esse semel in sancta sanctorum, *Hæc Smalcium.*

L. Sed quis quæso docuit Smalcium, sacrificia in sanctuario vel sancto sanctorum fuisse perfecta. In sanctum, sancto-

sanctorum aliquid de sanguine inferebatur die X. mensis septimi quotannis, quando summus sacerdos ingrediebatur in sanctum sanctorum, & eodem die faciebat expiationem pro se & pro domo sua, & pro toto coetu Israel. In sanctum aliquid etiam eodem die inferebatur sanguinis, sed & in sanctum, inferebatur aliàs aliquid sanguinis, quoties pro peccato Sacerdotis aut communionis hostia aliqua offerebatur Levitici 4. 4. usque ad versum 22. Causa erat, ut hac ceremonia exaggeraretur qualitas peccati, quod majus est censendum, si committatur à Sacerdote vel toto coetu quam ab alijs, quo fine itidem tale sacrificium extra castra exportabatur ut una cum pelle, carne intestinis & fimo combureretur: ibidem.

L I. Interim tamen totus sanguis, reliquus effundebatur ad basin altaris Levitici 4. 7. 18. in sacrificijs oblati pro peccato Sacerdotis aut communionis. Cumque Levitici 16. 6. 9. itidem pro tota communiōe Sacerdotum, deinde populi offerrentur Sacrificia, ex analogia Cap. 4. Levitici concludimus, etiam istum sanguinem reliquum totum fuisse ad basin altaris effusum, ut una combureretur. Atque ita in his quoque exemplis fuit completum illud Levitici 17. Sanguinem dedi vobis super altare ad expiandas animas vestras. Expressus enim valde est textus Levitici 16. 6. Offeret Aaron juvenicum Sacrificij pro peccato suo: & versu 9. Offeret Aaron hircum super quem ceciderit sors pro Iehova & faciet eum pro peccato: hoc est, jubetur Aaron uti ceremonijs usitatis in Sacrificijs pro peccato, ubi sanguis tandem omnis comburebatur in basi altaris Levitici 4. usque ad versum 22.

L II. Etsi igitur in quibusdam Sacrificijs in tabernaculo seu sancto & in sancto sanctorum sanguis sparsus fuit, tamen expiatio non fuit facta (id quod appellatur SACRIFICIUM) nisi prius omnes ritus fuerunt absoluti & cum primis nisi prius sanguis super altare fuit combustus. Vnde Levitici 4. (ut de alijs locis taceatur) tum demum additur, quod fuerit remissum peccatum, quando reliquæ ceremoniæ & cum

Quorundam animalium sanguis pro peccato inferatur in sanctum. Heb. 13. 11. Nā quorundam pro peccato nō inferatur. Levi. 4. 22. et seqq.

De omnibus sacrificijs maxima pars sanguinis super altare datur, Hircus à ποπουπαιος cur à be-stijs laniatus fuerit, supra alicubi dictum est.

primis combustio sanguinis super altare finietur, quemadmodum præcedentibus disputationibus prolixius & ad oculum demonstravimus.

LIII. De reliquis verò sacrificiis ullis, quæ & plurima, & varia erant, & in specie pro peccato cuiusq; privati hominis nihil sanguinis vel in sanctum, vel in sanctum sanctorum inferebatur. Et sic penitus cadit Smalcij commentum, sacrificia veteris testamenti non nisi in sanctuario fuisse perfecta.

*An Christus
vel sacrificet
vel expiet
principaliter
in caelo.*

LIV. Prorsus igitur nullius momenti est argumentatio Smalcij: *in quali loco perficiebatur sacrificium, in tali analogo perficitur sacrificium Christi*: At intra sanctum sanctorum perficiebatur sacrificium. Ergo etiam intra coelum antitypum sancti sanctorum, nunc sacrificat Christus. *Minor est falsa*. Ad sacrificium plenè complendum requiritur, 1. ut adducatur ad ostium tabernaculi Ecclesiae. 2. ut imponantur eidem peccata offerentis. 3. ut juguletur. 4. ut excipiat eus sanguis. 5. licet in quibusdam aliquid sanguinis spargatur vel in sancto, vel in sancto sanctorum, ut tamen omnis residuus sanguis & cum primis omnis sanguis in reliquis sacrificiis (ubi nihil in sanctum, vel sanctum sanctorum de eo inferebatur) super altare vel ad basin fundatur & ibi comburatur. 6. ut simul comburantur sive extra castra sive supra altare carnes itidem. His omnibus peractis certior fit homo, sibi remitti peccatum, oblatum esse pro suo peccato, licet cum primis præcipua expiationis eius pars fiat in combustionem sanguinis super altare.

LV. Postquam maectatus erat Juvencus vel hircus pro peccato, sive Sacerdotis, sive alicujus communionis Levitici 4. usq; ad 22. & cum primis pro tota communiione totius populi Israelitici, Levit. 16. ibi sacerdos de sanguine ejus aliquid intra velum vel sanctum sanctorum, aut saltem intra tabernaculum seu sanctum inferebat & (sine dubio adhibitis simulardentissimis precibus) emundabat illum locum ab immunditiis populi Israel: Postea egrediebatur, & reliquum omnem sanguinem spargebat & comburebat super altare, de quo dicitur Levitici 17. 11. *Sanguinem dedi vobis super altare ad expiandum animas*

animas vestras. Christus igitur ingressus est in sacrarium per proprium sanguinem, utique prius oblatum, & sic operatus aeternam redemptionem, ingressus est ipse in coelum. In coelo pro nobis non sacrificat, nisi preces, quæ tamen non sunt procidentis in genua, sed quemadmodum supra declaratum fuit de intercessione Christi, non offert in coelo aliquid pro nobis nisi sese Patri sistendo, non satisfacit in coelo pro nobis, sed satisfacit pro nobis in ara crucis, fundendo sanguinem & moriendo, id quod hactenus nimis sæpè, nimis perspicuè & nimis sufficienter fuit probatum.

LVI. Malè igitur distinguit Smalcus inter mortem & inter sacrificium Christi. Icum morte Christi finitum fuerit sacrificium CHRISTI pro nobis oblatum, & satisfactio CHRISTI pro nostris peccatis facta. Si non per sanguinem prius oblatum, Christus ingressus est in sacrarium, tum sequetur quod in coelo sanguinem etiam fuderit, sicut sanguis in sancto sanctorum spargebatur. Hebr. 9. 7. inter alia dicitur, *In secundum semel quotannis solus Pontifex non sine sanguine (ingreditur) quem offert pro seipso & pro erratis*, nimirum foris cum primis, quemadmodum huc usque satis ex textibus sacris evictum est, Et ibidem versu 24. 26. expressè additur, *nunc semel in consummatione seculorum ad abolendum peccatum per immolationem sui ipsius participatus est*. Et 10. 12. *Hic una pro peccatis victima oblata, in perpetuum sedet ad dextram Dei*. Et versu 14, *Vnica oblatione consecravit in perpetuum eos, qui sanctificantur*.

LVII. Et jam præcedente modò disputatione plura in hanc sententiam extant, Rom. 5. 10. *reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius*. Hebr. 2. 14. *Vt per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium*. Et 7. 27. *Cui non est necesse QVOTIDIE offerre, nam id fecit semel, cum seipsum obtulit*. Si verò jam in coelo pro nobis offert, tum quotidie offert. In coelo enim nihil est nisi æternum hodie vel quotidie sempiternum.

LVIII. Sequentia igitur verba Smalcus omittere potuisset *cum inquit*. Hoc unum si consideretur & intelligatur, universam hanc rem illustrare, & summi erroris Franzium convincere potest. Certè enim Christus qui nunc sacrificio suo peccata nostra expiat, nihil meretur, nemini satisfacit, Huc

Passio & Mors Christi est ipsum sacrificium Christi.

Christus sacrificat, expiat, satisfacit pro nobis in ara crucis, nunc in coelo.

Instantia Smalcij facilissima cum Resp.

facit illud, quod supra etiam ipse Franzius attulit, quod Christus post suam resurrectionem demum jussit annunciare poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo, quia scilicet expiatio peccatorum re ipsa demum coeperit ab eo tempore fieri, quo JESUS potestatem auferendi ab hominibus poenas peccatorum perfectam consecutus est. Hoc jam ita constituto, corrumpit thesis Franzij 156. Utique autem, sicuti typicè expiarunt sacrificiis peccata sua Judaei, ita quoque propriè expiavit peccata totius mundi sanguis JESU Christi nimirum non praedicatione, aut simili aliquo modo, sed reali satisfactione. Jam enim demonstratum est, typicis sacrificiis legis opponi Christi etià sacrificium in quo nullus satisfactioni locus est. *Hæc ille.*

LIX. Iterum repetimus, illatio aliquantilli sanguinis sive intra velum sive saltem intra sanctum cohærebat cum reliquo actu totò, & fiebat in majorem detestationem peccati commissi, non à plebeio aut unico principe, sed à sacerdote legis explicatore, & à tota communione, ubi multitudo praesumitur habere homines aliquos sapientiores. DEUS etiam quasi viâ horrenda cruentatione *incipiebat* sese componere ad quietem, At perfecta expiatio non contigit, nisi cum primis fuso sanguine & combusta sive ad cornua sive ad basin altaris, ubi utrinque ab igne sacrificiali tangi, lambi & comburi poterat. Sic enim iterum datus super altare expiabat animas hominum, qui peccaverant, juxta Levit. 17. 11.

LX. Nec igitur nunc in cœlo sacrificat ullo pacto, nec meretur, nec satisfacit, nec nunc peccata nostra expiat Christus, sed in cœlo ad dextram æterni Patris sui sedens dat alios doctores, alios Prophetas, alios pastores, qui illud, quod Apostoli ipsi post resurrectionem & ascensionem eius inchoarunt, compleant subinde, toti que mundo singulis seculis annuncient illam in cruce pro toto genere humano factam satisfactionem. *Non enim sequitur*, post ascensionem Christi annunciant remissionem peccatorum Apostoli, Ergò post ascensionem Christus in cœlo pro nobis sacrificat aut nos expiat. Nimirum enim clarè huc usque contrarium fuit demonstratum.

LXI.

LXI. Quam exclamaturus esset Smalcus & scommatifa-
 turus pro more suo in Theologos Germaniæ passim sibi fami-
 liari & usitato, si nos in ejusmodi absonis deprehenderet, sacri-
 ficiu nimiru in sancto sanctoru fieri. Quando sanguis sacri-
 ficialium pecorum comburitur igne tali, de quo docet proble-
 ma sacrificiale quartu in disputatione quinta, una cum car-
 nibus pecoris sacrificialis, tunc dicitur odor quietis Jehovæ, seu
 expiatio seu oblatio. At combustio talis in sancto sanctorum
 ut nec in sancto, sed in atrio aperto sub sole seu sub dio ut lo-
 quuntur, fiebat, ubi ignis usque ad cornua altaris elevatus, o-
 mnem etiam sanguinem lambebat & absumebat una cum li-
 gnis & carnibus & fumi columna in apertu aerem exhalabat.
 In sanctuario vel sancto sanctorum nullus ignis pro comburen-
 do sanguine, vel pro comburenda carne sacrificiali potuit ac-
 cendi citra detrimentu ædificij.

NONUM OBJECTUM
 SMALCII DE SACRIFICIIS.

LXII. Progrediatur, autē, & plura dicat Smalcus: Calumnia
 est in eo (inquit) quod tacitē nobis affingit Franzius, dum dicit,
 NON PRÆDICATIONE AUT SIMILI ALIQUO MO-
 DO. Quasi scilicet nos dicamus, Christi sanguini peccatorum
 remissionem à nobis tribui propter prædicationem? Quam ab-
 surdū hoc esset? 1. dicimus quidē prædicatione ETIAM Chri-
 stum expiasse DICI POSSE peccata nostra, quatenus scilicet
 Dei nomine summum vitæ æternæ nobis beneficiū annuncia-
 vit, sed non ad sanguinē Christi prædicationē istam referimus.
 2. Dicimus etiam Christi sanguine peccata nostra expiari, tum
 quia nos de voluntate Dei (quæ peccatoru remissionē cōtinet)
 ipsa per se certissimos reddit, 3. tum idq; POTISSIMUM, quod
 Christo causa extitit mors ipsius cōsequendi eam potestatem,
 qua peccata nostra nunc expiantur revera, h. e. qua omnia sup-
 plicia divina à nobis avertuntur, & qua olim ipsa mors æ-
 terna à nobis avertetur, & vicissim omnia in nos beneficia di-
 vina cōferuntur, & qua olim ipsa vita æterna nobis donabi-
 tur. Hoc n. est, si absq; figuris loqui velimus, expiatio peccato-
 rum nostroru, *Hactenus verba Smalcij, quæ latius sunt exponenda.*

9. Quomodo
 fiat expiatio

peccatorum
 nostrorum.

Prædicatione
 expiantur etiam

jam peccata
 secundū Soc-
 cinianos.

Christi san-
 guis expiat se-

cundum Soci-
 nianos etiam

confirmativē,
 Christi mors

expiat, quia

postea conse-

cutus est Chri-

stus potestatem
 liberandi nos
 à gehenna se-

LXIII. Ergo

cundum So-
 cinianos.



*Questio I.
Quidnam sit
Expiatio pec-
catorum se-
cundū Smal-
cium.*

LXIII. Ergò secūndum doctrinam Socinianorum in-
terrogatus PRIMUM Christianus, quidnam proprijsimè est ex-
piatio nostrorum peccatorum? *respondere debet* est averſio omni-
um suppliciorum divinatorum à nobis & collatio divinatorum
beneficiorum in nos, & olim ipsa vitæ æternæ donatio. *Sic enim
hoc loco definit ipse Smalcus, his verbis:* Quæ omnia supplicia divina
à nobis avertuntur, & qua olim ipsa mors æterna à nobis avertetur,
& vicissim omnia in nos beneficia divina cōferuntur, & qua
olim ipsa vita æterna nobis donabitur. *Addit autē Smalcus:* Hoc
est, SI ABSQVE FIGURIS LOQVI VELIMUS
expiatio peccatorum nostrorum *item in indice rerum,* Expiatio
peccatorum quid sit propriè, *Et depromit illud Smalcus* ex sui So-
cini de Servatore libro, parte 2. cap. 11. Expiare peccata non
est pro ipsis divinæ justitiæ satisfacere, sed eorum reatum
auferre.

*Questio II.
quisnam ex-
piet peccata
secundum
Smalcium.*

LXIV. Secundo iterum interrogatus Christianus, à Quonam
primario expientur peccatā, *respondere debet.* à DEO, seu à DEI
voluntate. *Sic enim iterum habet Socinus loco jam allegato,* peccata in
Deum purgātur non satisfactione, sed clementia & pura ipsius
DEI benignitate. Expiat igitur & ipse DEUS peccata, imò
ipse solus verè expiat, nam is solus est, qui verè tegit, abscon-
dit, mundat & purificat peccata nostra, ea nobis liberaliter
condonando. *Hæc ille.*

*III. Questio
quid in expia-
tione faciat
sanguis Chri-
sti secundum
Socinum.*

LXV. TERTIO itidem interrogatus Christianus,
quid faciat sanguis Christi ad peccata nostra expianda,
respondere debet, quod sanguis Christi fusus & mors Christi exti-
tit causa Christo consequendi eam potestatem, qua (LOCO
DEI cujus est constitutus vicarius) peccata nostra nunc ex-
pianantur, revera, hoc est, qua omnia supplicia divina à nobis a-
vertuntur, & qua olim ipsa mors æterna à nobis avertetur, &
vicissim omnia in nos beneficia divina conferuntur, & qua
olim ipsa vita æterna nobis donabitur.

LXVI. Paulò fusiùs interrogatus Christianus, cur Christus
mortuus sit, *respondere debet* (ut docet Smalcus in libro de divi-
nitate Christi cap. 11.) quod salus nostra Dei decreto ita serente
perfi-

perfici nec debuit nec potuit absq; morte Christi. Nam, *inquit*, certum est, 1. salutem æternam ante mundi conditionem paratam apud illum summum Deum omnium rerum conditorem & gubernatorem, Patrem Domini nostri Jesu Christi, 2. tandem Jesum in hunc mundum missum fuisse, ut eam nobis annuntiaret & confirmaret, 3. atq; his peractis duo restare, videlicet ut nos salutem illam amplectamur, hoc est, credamus ita se rem habere; quemadmodum Deus olim constituerat, & Christus Dei nomine prolixè promiserat, deinde ut eandem salutem tandem re ipsa consequeremur, hoc est, ex morte resuscitati ad vitam æternam transferremur. Hæc igitur duo ut effici possent, ideò Christus mori non dubitavit, & sic verè nostri causa mortuus est, siquidem morte ejus interveniente salutem æternam amplectendi occasionem & eandem rem consequendi spem certam habere possumus.

LXVII. Iterum interrogatus, quid hoc sit, quod per mortem Christi moveantur homines, ut credant rem de vita æterna promissa ita sese habere, quemadmodum annunciavit Christus, & ut credant, se per Christum tandem certissimè ex morte resuscitandos & ad vitam æternam transferendos, *respondere iterum docetur à Smalcio in hunc modū, Quis rem desiderabilissimam, qualis est vita æterna, si certa sit, non libenter amplectatur, At quis dubitaret de vita æterna, si is qui prius eam annunciat, in hunc ipsum finem, ut confirmet vitam æternam, sponte sua etiam mortem truculentissimam subeat, 2. quia magis movent sensa quam promissa, dum Christus ex morte resuscitatur & exaltatur qui antea confirmandæ vitæ æternæ causa moritur, quis jam non crederet, datum iri fidelibus vitam æternam, siquidem is qui prius eam annunciavit, mortem ideò subiit, ut & vitam æternam eo ipse esse testaretur, quin & ut eo ipso re ipsa vitam æternam consequeretur.*

LXVIII. Sed *Ulterius interrogatus, quomodo aliquis certus esse queat, quod Christus qui annunciat, etiam daturus sit olim vitam æternam, respondere debet, ad dandam vitam æternam maxime opus esse, ut ipse Dominus JESUS frater nostrum, qui Dei majestatem extimescimus, potestatem habeat eam nobis*

D do-

donandi. Consultum igitur voluit Deus (Smalcus fol. 120.) ille unus tum gloriae suae, tum consolationi hominum, dum non per se sed per alium, eumq; à se exaltatum, servatos eos voluit. Summa verò Dei potentia, summa sapientia, summa deniq; bonitas in eo exeritur, quod per eum qui homo ipse aliquando fuerat patibilis & mortalis, omnes hominum fidelium infinitas myriades servare possit, norit & velit. Quibus rebus de Deo cognitis gloria Dei elucescit maximè, consolatio verò humano generi & imprimis fidentibus, bone Deus, quanta ex eo proficiscitur, quod sciant, eum esse suum Servatorem, quem non pudeat fratres se suos appellare, & qui omnia ea, quæ ipsis unquam sunt, experienda mala, ipse etiam olim expertus sit, ideoq; miseris succurrere norit. *Hæc omnia Smalcus.*

LXIX. *Interrogatus etiam ille idem, an Christus pro nobis mortuus sit, an pro nobis fusus sit sanguis ipsius, an fusus sit pro omnibus hominibus, respondere debet ex informatione Smalcij in libro de divinitate Christi C. II, quod mortuus fuerit pro omnibus hominibus, & pro peccatis omnium hominū, quod sanguis ejus purget nos ab omni peccato, quod sit fusus in remissionem omnium peccatorum, quod Christus mortuus sit, ut nos liberet à præsentis seculo, quod semetipsum dederit pro nobis, ut nos liberaret ab omni iniquitate, & sibi purgaret populum peculiarem, sectatorem bonorum operū, quod Christi sanguine redempti simus à conversatione à patribus tradita, quod Christus peccata nostra abstulerit in corpore suo in lignum, ut nos peccato mortui, justitiæ viveremus, quod Christus passus sit pro nobis, exemplū nobis relinquens, ut vestigijs ejus insisteremus, quod Christus semel passus sit pro peccatis, justus pro injustis, ut nos ad Deum adduceret, item quod Deus fecerit Christum peccatum pro nobis, ut nos fieremus justitia Dei in ipso, quod ejus vibicibus sanati simus, quod morte Christi conciliati simus Deo, nimirum 1. quia innocenter ipse ita ut peccator tractatus fuit, sicuti nos meriti fueramus peccatores, 2. quia colligimus, ex morte Christi & inde secuta & data ei omni potestate, quod per eū ex morte simus liberandi, & quod nullas pœnas simus luituri, quod auditā morte Christi & data ei potestate cicures reddamur & olim à Deo felicitatem in vitæ innocentia speremus.*

Quomodo Christi PRO NOBIS mortuus sit secundum Socinianos,



LXX. *Voluntas* igitur Dei patet ex morte Christi, *facultas in* Vnde patet, potestate Christo donata ad liberandos omnes ab æterna morte, *Christum velle* siquidem morte sua omnibus hominibus hoc duplex beneficium nos salvare, un- *de patet eum* dat, immò & iccirco sponte sua mortem subiit, ut omnes cre- *de patet eum* dant vera esse, quæ de vita æterna annunciavit, item ut omnes *posse hoc face-* credentes in vita conservare possit. Sic igitur Christus solus nos *re secundum* morte sua ex morte æterna eripit, & in vitam transfert, id quod *Socinianos.* nullus alius homo, utut pro altero homine moriatur, facere po- *Ecce satisfactio & meritum* test: Et nos vicissim in honorem tanti benefactoris à peccatis *Christi à Soci-* lubentius desinere debemus. *nianis prorsus*

LXXI. Audi etiam Socinum in libro de Servatore cap. 2. *nianis prorsus* part. 1. *Quærente aliquo, qui fiat, ut mortem æternam meriti nihilominus negligitur &* ad vitam æternam perveniamus, non est germanum responsum, quia *prætermitti-* Christum Servatorẽ habemus, sed quia supplicium æternæ mor- *tur.* tis à Deo, cujus libera voluntate atq; decreto eam meriti fuera- *Responsa ad* mus, nobis pro ineffabili ipsius bonitate condonatũ fuit, atq; e- *precedentes* jus loco datum vitæ æternæ præmiũ, dum modo resipiscamus, & *quæstiones et-* abnegata omni impietate vitæ innocentie deinceps studeamus. *iam Socino per-*

LXXII. Quod si *quæratione istud nobis innotuerit, quærat, cum* titã, neq; Deum videamus unquam, neq; audiamus loquentem, qui- *tita.* vè nobis tantæ divinæ liberalitatis non dubiam fidem fecerit, *Respondendum est,* Christum nobis id enarrasse, & multis modis confirmasse, & seipsum nobis eam æternam vitam daturum manifestè probasse. Cumq; ad tantam salutem adipiscendam præter Dei voluntatem fides atq; obedientia nostra requirere- *tur, & nihil jam aliud, nisi ut nos Deo crederemus & obœdire-* tur, & nihil jam aliud, nisi ut nos Deo crederemus & obœdire- *mus, restaret, is qui fidei & obœdientie nostræ auctor & effector* fuit, & ejus largiendæ, plenissimam potestatem est consecutus, *Cur Sociniani* noster Servator & est & à nobis agnoscitur & prædicatur. *tribuant poten-*

LXXIII. Etsi igitur maxima vis est posita in potestate Chri- *tia Christi it-* sti, quæ ipsi data est post resurrectionem, tamen *per metonymiam lud quod Scri-* inquit Smalcus de divinitate cap. II, antecedenti morti Christi *ptura manife-* tribuitur, quod est consequentis seu potestatis post mortem & *stissimè tribu-* post ascensionem Christo datæ, quam cognoverunt homines *unt ipsi mortis* satis superq; ex ascensione in cœlum, exaltatum ad dextram æ- *Christi.* terni Patris, & ex Spiritu sancto demisso super Apostolos. *Bella metony-*

*Responsio or-
thodoxa ad
hac quàm pro-
xime præce-
dentia.*

LXXIV. *Hæc est illa doctrina Sociniana, quam Smalcus opponit nostrarum Ecclesiarum Lutheranarum de merito Domini nostri Jesu Christi doctrinæ. Ubi ordine respondendum nobis est. 1. Verum esse quod expiatio peccatorum nostrorum complectatur etiam averisionem omnium suppliciorum divinatorum à nobis, & collationem divinatorum beneficiorum in nos & olim ipsam vitæ æternæ donationem; 2. Verum esse, quod Deus per Christum nos expiet, idq; ex mera & magna Dei clementia & benignitate, 3. Verum esse quod oportuerit Christum pati, mori, & sepeliri, sed & resurgere, & introire in gloriam suam, & tunc plene confidere ad dextram æterni Patris, (& si ab initio nativitatis suæ etiam habuit traditam sibi omnè potestatem in cœlo & in terra Matth. II. cujus etiam virtute tantas miraculorum divinissimorum edidit myriadas.) 4. Verum esse, quod Christus in ultimo die nos excitabit, à morte æterna custodiet, & vitæ æternæ felicitatibus beabit. 5. Verum esse, quod pater ante conditum orbem terrarum æternam nobis paraverit vitam & felicitatem. 6. Verum esse, quod morte Christi pro nobis tolerata moveri debemus ad Christum credendum, ad peccata deserenda, ad vitæ innocentiam, ita quod in ejus resurrectione & exaltatione ad dextram æterni patris confidere debeamus, quod is olim nos velit & possit ex sepulchris educere, cœlo inferre & in æternum beare.*

LXXV. *Deinde respondemus, falsum esse, 1. quasi vita æterna non nisi per Christi ex Maria demum nati conciones sit patefacta, cum eadem per λόγον æterni Patris per lapsum amissa nobis sit statim post lapsum repromissa. 2. quasi Christus mortuus sit & fuderit sanguinem ex decreto Dei, propter hanc causam, ut suo isto exemplo cum primis nos moveret ad salutem æternam amplectendam, item sua resurrectione, & sua potestate hanc jam indigitam mortem consecutâ tandemque sibi plenius data nos consolaretur, confirmaretq; quod nos ad vitam æternam velit & possit transferre. 3. quod mortuus sit CHRISTUS pro nobis & fuderit sanguinem pro nobis, quod purgarit nos ab omnibus peccatis, non aliter, quàm quod talem mortem pro nobis tulit, ut crederemus ejus prædicationi, esse videlicet vitam æternam, item ejus promissio*

sioni, quod sua potestate possit nos ex morte in vitam transferre ut paulò antea ex eorum verbis plenius fuit declaratum.

LXXVI. Ideò autem hæc thesiq; præcedente repetita speculatio de morte Christi est *insufficiens & imperfectissima*, quia principalis ratio omittitur, quod Christus morte & sanguine suo pro nobis iustitiæ divinæ satisfecerit. Christus enim post coniecta super se peccata nostra mortuus est, non aliter atq; pecus sacrificiale post coniecta super se peccata hominis peccatoris offerentis pro eodem homine moritur, & ita expiat eum, quemadmodum illustrissima Authentica divina Levitic. 17, 11. hætenus etiam pueris hoc ipsum plus quam satis confirmare potuit.

LXXVII. Si mordicus retinueris Socinianorum doctrinam de expiatione peccatorum nostrorum, (ubi excluditur satisfactio Christi) illico perit omnis collatio & analogia inter sanguinem sacrificialis pecoris, & inter sanguinem Christi sacrificiali sanguine representatum, inter expiationem sanguine pecoris sacrificialis peractam & inter expiationem sanguine Christi iisdem modis peractam. *Sanguis pecoris ipse expiat animam*, quia datur loco animæ alterius, vice animæ alterius. *Econtra ex sententia Socinianorum Christi sanguis debet nos saltem commovere ad credendum Evangelio Christi, ad deserenda peccata, ad amorem Dei & Christi, ad amorem vitæ æternæ & ad omnem vitæ innocentiam.*

Sociniana doctrina.

LXXVIII. Confugit prorsus sub finem Smalcus ad metonymiam, quod morti Christi tribuantur illa, quæ propriissimè sint tribuenda resurrectioni Christi & summæ potestati datæ Christo post exaltationem. De hac autem ipsa metonymia est QUÆSTIO, utrum locum habere queat. Affirmant Sociniani, splendidè quidem utcunq; de sanguine & morte Christi, juxta rationem huc usq; declaratâ philosophantes. Negant Ecclesiæ nostræ, & rationem negationis habent, quod Christus describatur ut agnus Dei, ut victima, ut ovis, in quam sunt coniecta peccata hominum, & jam instituunt collationem, fieri non posse, ut aliter loqui possimus de Christo, pro peccatis nostris mortuo, quam sicuti loquuntur sacræ literæ de pecore sacrificiali *animam hominis peccatoris & sese adducentis vel offerentis expiante.*

Metonymia Sociniana.

*Smalcij fru-
straneus tri-
umphus pror-
sus,*

LXXIX. Potuisset igitur Smalcus hanc suam conclusio-
nem prætermittere, cum tandem sic scribit: Eat nunc Franzius, &
glorietur de suo nodo Gordio & provocet bis mille Alexan-
dros Magnos ad eum dissecandum, & dicat, omnia quæ Soci-
nus de morte & sacrificio Christi scripsit in libro de Salvatore
per has ipsius scopas dissolutissimas & tantum non DELIRIA so-
lidissimè concuti & eruditissimè destrui: Concludat deniq; in-
victam stare suam de fide in meritum Christi opinionem. Tu
verò benevole lector, non quid promiserit, sed quid præstite-
rit Franzius considera. *Hec ille,*

LXXX. Nos verò maximopere cunctos lectores quarum-
cunq; nationum rogatos & exoratos cupimus, ut in hoc toto
tractatu de sacrificijs æstimando sese solertissimos præbeant.
Agitur de puncto maximè fundamentali religionis Christianæ,
de via salutis nostræ æternæ. Fatemur ipsimet, coram ratione
DELIRAM videri illam religionem, in qua quotidie tot pe-
cora selectissima, magnis sumptibus & molestijs educata combu-
rebantur, sicut dictum est aliquoties uno tempore Salomonem
1. Reg. 8. sacrificasse boum duo & viginti millia, ovium centum
viginti millia pro pacificis, & talia quotidie ab orbe post lapsū
inde usq; ad Christi mortem fieri debuerunt; coram ratione
item DELIRAM & stultam esse crucem Christi. Verum enim-
verò cruci Christi, seu passioni Christi præsertim in cruce pera-
ctæ Scriptura ascribit expiationem peccatorum nostrorum.

*1. Cor. 1, 18.
Crux Christi
stultitia.*

*Cur Scriptura
etiam resurre-
ctioni Christi
ascribat justi-
ficationem no-
stram.*

LXXXI. Sed ad rem, Non negamus, quod Scriptura etiam re-
surrectioni Christi ascribat justificationem nostram, Rom. 4, 25. Traditus
propter peccata nostra, & excitatus propter justificationem no-
stram. Verum facit Scriptura illud iccirco quia sanguis & mors
Christi nihil nobis profuissent, nisi post mortem resurrectione
sua triumphasset, nisi nos per triumphum illum resurgentis
& exaltati Christi certissimi fuisset redditi de victoria recu-
perata. Audi Scripturam Rom. 5, 10. Si cum inimici Dei essemus, recon-
ciliati sumus per mortem Filij eius, multò magis reconciliati servabimur per vi-
tā eius. Rom. 8, 34. Quis est qui condemnet, Christus est qui mortuus est, ma-
gis verò & excitatus, qui etiam est in dextera Dei, qui etiā interpellat pro no-
bis. 1. Cor. 15, 17. Si non est suscitatus Christus, inanis est fides vestra, adhuc e-
stis in peccatis vestris, nempe & qui obdormierunt in Christo, perierunt. Ex

Ex Smalcio super disputat. F. de Justificatione.
INSTANTIA PRIMA.

LXXXII. Porrò postquam hæcenus examinata sunt ea quæ Smalcus respondit in refutatione thesium de pœnitentia, operæ precium erit, ut nunc videamus etiam quæ Smalcus contra doctrinam sacrificiorum verissimam in suis contrâ disputationem de justificatione commentatur. Sic igitur de novo ille in loco novo jam indicato, f. 115. *Est vestigio à lapsu divinitus fuisse ordinata & instituta sacrificia, nonnè COMMENTUM est? Adamum enim & Evam sacrificasse aliquid, nusquam legitur. Si de sacrificijs hoc intelligat Franzius, Abelis vel Caini, non è vestigio post lapsum nati illi fuere, nec nati statim sacrificaverunt: Hoc vero etiam divinitus ordinatum & institutum fuisse, planè incertum est. In eum id deniq; finem solum factum fuisse, ut satisfactio Christi adumbraretur, ipsissima FALSITAS est. Hem quid faciat inveterata opinio, & erroris antiquitas. Hæc ille.*

LXXXIII. *Et illicò ibidem: Quæ thesi 90. affirmat, sacrificia, &c. non serò cœpisse, sed in exordio mundi viguisse, ea FABULOSA esse, & ad rem nihil facere, jam ante ostensum est. Sacrificia mortis Christi figuras fuisse, quod thesi 91. affirmat, si id de OMNIBUS intelligit, FALSISSIMUM est. VERISSIMUM autem illud, quod ex Socino citat Franzius, nempe figuram mortis Christi fuisse tantum sacrificia, quæ publicè, hoc est, ea quæ pro universo populo, ipso aliquando etiam summo sacerdote non excluso, & stas quibusdam temporibus fiebant. Hæc ille iterum.*

LXXXIV. Putamus autem & certò speramus ex dictis superioribus unicuique satis patere infirmissimam infirmitatem harum assertionum Smalcianarum, de Adamo quasi is non acceperit ipsemet parens à Deo sacrificiorum ritus & sacrificandi mandatum, adeoque quasi non ipsemet primus in orbe terrarum sacrificaverit, item quasi ullus nostrum asseruerit, istam propositionem, quod statim nati Cain & Abel statim sacrificarint. *Respons. Non tantum Dei jussu sacrificia ceperunt sed & Dei voluntate fuerunt continua*

LXXXV. Fuisse à lapsu ab ipsorum primis primordijs etiam continuata sacrificia, jussu divino; in hunc modum patet. *Tempora ab Adamo ad Moysen.*

poribus enim jam adultorum Caini & Abelis omninò erant in usu, & tum Dominus respexit ad oblationem Abelis. Id quod nequaquam fuisset Deus facturum, nisi ejus jussu cœpta, nisi etiam ejus cum bona gratia fuissent continuata. Eandem rationem militare necesse est in sacrificijs ipsius Noæ post diluivum, quæ odoratus fuit & acceptavit seu ita rata habuit Jehova Gen. 8, 21. ut permotus iisdem cum seria & ardentissima precatone conjunctis promitteret se nullas amplius universales super terram immissurum esse interluviones.

LXXXVI. Eadem sentire & profiteri necesse est de illis sacrificijs, quæ inter Abelem & Noah fuere, citra omne dubium oblata plurima. Sicut enim tempore inter Abelem & Noah multæ precatones ad Deum fuerunt institutæ, etiamsi illæ (certo & SÆPIUS per hunc tractatum indicato consilio) per Mosen literis non sunt mandatæ, ita quoq; de sacrificijs est habendum.

LXXXVII. Similiter tempore Jacobi Patriarchæ sacrificia continuata fuisse Dei consilio patet quia jubet Jacobum Deus ipse ascendere in Bethel & ibi facere altare Domino quod alioquin non fecisset, nisi ipsi sacrificia placuissent Gen. 35, 1. Item Exodi 20, 24. 25. ante sacrificia Mosaica sic vulgo dicta & ante sacerdotes Leviticos vulgo sic dictos sacrificare divinitus jubentur Israelitæ, per desertum (tantum modò super rudia altaria,) Item Exodi 24, 5. 6. 7. pueri, seu viri seu magis juniores sacrificarunt per deputatos sacrificia quorum sanguine Deus paciscitur pactum suum cum Israelitis

LXXXVIII. Si ergò hæc sacrificia Deo placuere, tum placuere eidem omnia, quin & omnia consilio ipsius continuata fuere, quæ juxta ordinationem ejus fuere unquam oblata inter Noam & inter Mosen, immò inter Adam & inter Mosen. Sola differentia in eo consistit, quod de Patriarchalium antiquissimorum sacrificijs non extat quoad literam etiam pueriliter manifesta institutio divina & quidem proluxa, sicut extat de Mosaicis: Nam Mosei propositum fuit Abrahami, Isaaci, Jacobi, (quibus terra Canaan promissa fuerat,) in exitu ex Ægypto historias illas describere, ex quibus pateret, quod mirabiliter

in exilio super terram Chanaan divinitus isti fuissent protecti, ut his historiis ad terram Chanaan fortius occupandam animarentur Israelitæ ipsius Mosis ætate peregrinantes in deserto.

LXXXIX. Nec olim alioquin literis ita consignatæ fuerunt Patriarchalium Ecclesiarum ritus, sed per lōgavos patres de manu in manum tradebantur successoribus & posteris. Quod verò divinitus instituta agnoverint illa sacrificia, hactenus læpè fuit monstratum. Alias enim etiam nec ad Abelis nec ad Noæ sacrificia DEUS respexisset, nec Jacobo monstrasset, quo in loco novam vellet sibi fieri aram.

LXXXX. Ergò cum promissione prima non nisi post lapsum cœperunt sacrificia, indeque continuata fuere non nisi usque ad completum in cruce sacrificium Christi: En an non igitur sacrificia habuerunt respectum insignissimum ad Christum, & quidem ad mortem Christi. Nemo poterit negare. Sicut igitur pecus pro homine moritur, ita Christus animam pro peccatoribus ponit. Rideat, compleat scommatibus non folia sed currus, exagitet & colligat omnis generis verba mordacia Smalcii, (sicut per totum librum tantummodo increpat & putat se increpationibus suis nos in suam sententiam ita perducitur, sicut pædagogus minis audacibus miserum scholarem cogit in sua jurare verba) illis ipsis veritati huic clarissimæ, ne minimam particulam destruet, quod eventus testabitur.

XCI. Quod in specie ait, VERISSIMUM esse, quod *Quædam sã* illa sacrificia fuerint figuræ mortis Christi, quæ publicè, hoc *crificia secun-* est, quæ pro universo populo, ipso etiam aliquando summo *dum Smalci-* sacerdote non excluso & stas quibusdam temporibus fiebant, *um sunt figu-* videbimus, quomodo conciliaturus sit cum eo quod disputatio- *re mortis* ne de pœnitentia fol. 364. stomachabundus exoptulat, an non Christi, Ac potuerit alius esse finis sacrificiorum DEO magis dignus, an *cur supra* non potuerint offerri, sine ullo respectu typi, ad testandum *in genere vo-* animum erga DEUM religiosum & beneficiorum memorem. *luit sacrificijs*

XCII. Si de omnibus (addit) sacrificijs intelligatur, quod *alium affin-* fuerint typi & figuræ mortis Christi, FALSISSIMUM illud *gere finem.*

E

est

esse. At Nos potius DEO credamus quàm adversario. DEUS in scripturis docet, omnia, cuncta & singula sacrificia, expiare holocausta, minchas, pacifica, pro peccato. Textus videantur disputatione habita 10. Junij 1614. & in alijs. *Hinc nos facimus syllogismum* Omne sacrificium expians, fuit mortis Christi expiantis figura. At omnia sacrificia ne uno excepto expiarunt. Ergò omnia sacrificia, ne uno excepto, fuerunt figuræ mortis Christi. In specie Hebr. ultimo, sacrificia, memorantur, quæ extra castra comburebantur. At sæpè comburebantur sacrificia tantùm pro uno sacerdote non pro omni cœtu sacerdotum & auditorum simul. Ergo & auctor hic sacer hoc loco innuit, talia sacrificia fuisse typos Christi.

EX EODEM DICTO LOCO INSTAN-
tia Smalcij secunda.

XCIII. *Audiamus alia. Sic igitur ille iterum & illicò ibidem: Sed* habet, quod adhuc addat Franzius: Ait enim thesi 92. Fuisse ante Mosen solemnia majora sacrificia in usu, inde firmiter concludimus, quia Hebr. 5.1. Omnis Pontifex (quales fuerunt præcipui patriarchæ) ex hominibus pro peccato & pro seipso offert &c. Mirabilis primum loci allegatio, neglecta scilicet & confusa. Deinde multo mirabilior ejusdem usurpatio. Nam qui de legalibus Pontificibus loquitur, hunc ad alios qui ante legem fuerunt, per insignem imprudentiam detorquet Franzius. Quæ verò scriptura appellat istos præcipuos Patriarchas Pontifices? Num inde hoc colliget Franzius, quia sacrificarint. At non omnis qui sacrificat, sacerdos est, nedum summus Pontifex, quantumvis omnis Sacerdos & summus Pontifex sacrificet. Et quid tandem sacrificia illa, quæ interdum fiebant ab antiquis illis patribus commune habebant cum illis; de quibus lex loquitur, & quæ præcipit, cū hæc ex Dei voluntate fiebant, illa verò ab hominibus præstari poterant **ABSQUE ULLO DEI PRÆSCRIPTO.** *Hec ille.*

XCIV. Tria hic moventur: 1. distinguitur duratio mundi & Ecclesiæ ante Christum in statum, ut ita loquamur, antelegalem & legalem. 2. negatur Patriarchas fuisse Pontifices, & ut Pontifices sacrificasse, 3. asseritur, veterum sacrificia potuisse præstari
ABS-

ABSQVE ULLO DEI PRÆSCRIPTO, sed Mosai-
ca fuisse ex Dei voluntate. Levicula sunt hæc omnia veteres
scripturas & eorum vim non penitus ignorantibus.

XCV. *Primum* non aliter admittimus, quam si intelligatur
antelegalis status ille ubi nondum divino jussu litteris com-
prehensus extabat codex aliquis sacer, sicut existere codex sa-
cer post tempora Mosis cœpit. Lex quidem fuit lata (scriptis
comprehensa) annis quadringentis triginta post datam Abra-
hamo promissionem de Messia ex ipsius posteritate prodituro.
Fuit tamen lex ante lapsum, in lapsu & post lapsum, & ad il-
lam respicit Jehova: Levitici 18. 24. quando dicit: gentes fu-
isse punitas, quod sese polluisent sceleribus adversus leges,
quæ Levitici 18. scriptis sunt tandem comprehensæ. Similiter
Evangelica promissio statim cœpit post lapsum. Argumenta-
tur igitur Apostolus ab insignibus in oculos totius orbis in-
currentibus duobus actibus, nimirum evocationis Abrahami
in terram Chanaan, & simul datæ ei tunc promissionis, deinde
promulgationis & conscriptionis legis divinæ juxta montem
Sina. Gal. 3.

XCVI. *Secundum* per se erit facile, in utroque enim statu *An Adam*
fuerunt Sacerdotes sacrificantes, in utroque etiam fuerunt *fuerit Sacer.*
sacerdotes non sacrificantes. Ante Mosen Melchisedeck Sa-
cerdos Dei Altissimi nequicquam sacrificavit, sacrificarunt alij *dos & Pa-*
triarcho.
huc usque nominati in hoc tractatu. Eandem conditionem
fuisse sub Mosaicæ Politicæ duratione apud Ecclesias Regina
Sabæ & Nabuchodonosori & Cyri ubi Sacerdotes necessario
sunt statuendi, non tamen sacrificarunt. Quod igitur omnis
sacrificans sit Sacerdos, quod non omnis Sacerdos sacrificet,
quis Smalcio per somnium saltem vocavit in dubium. Vide
disput. 8. thes. 17.

XCVII. *iepeuc* vocatur in Græca versione Melchisedeck
Gen. 14. quam vocem passim converterunt Pontificem, id est,
Sacerdotem. Quis igitur eandem vocem denegabit illis qui *David Pa-*
sacrificarunt. Patriarchæ apud Syrum interpretem nomine in-
signitur David Actorum 2. 29. & dicitur caput patrum *triarcho seu*
caput patrum.
Quis igitur hoc nomen invidet Adamo Setho & illis

qui proponuntur & ipsi ut capita patrum Gen 5. & 11. Quid in his scirpis nodorum quærit adversarius? An non etiam si nomina non essent ulli data, illis tamen omninò competere, quibus res ipsa competit.

XCVII. *Tertium* hætenus sæpius est refutatum. Transeat igitur meditatio ad alia.

EX ISTO DICTO LOCO INSTANTIA
Smalcij tertia.

XCVIII. *Sic igitur procedit.* Sed addit Franzius, sed nec prætereundum, quod etiam minora sacrificia Christi mortem præsentarint, id quod colligitur ex illis, cum Christus dicitur agnus occisus ab origine mundi Apoc. 13. 8. At EGO, præterquam quod STULTVM esset, dicere, Christum fuisse mactatum ab origine mundi, jam pridem à nostris monstratum est, Verba *ab origine mundi*, non ad vocem *occisum*, sed ad verba *scripti in libro vite* referenda esse, ut idem Johannes Apoc. 17. 8. testatur. Quomodo igitur ex loco perperam intellecto & ad sensum alienum & absurdum detorto aliquid certè extrui potest? *Hætenus adversarius.*

Respon.

Czechovvicius Antitrinitarius.

Franciscus Davidis Antitrin.

XCIX. Vere stultum esset dicere, Christum crasso externo modo fuisse mactatum ab origine mundi, si modo talia dicens, STULTUS posset reperiri. Czechovvicius autem Antitrinitarius olim ipsemet explicavit illud Iohan. 8. 58. *Antequam Abraham fieret ego sum*, in sacrificijs præfiguratus. Et Franciscus Davidis in disputatione Albana actione diei quarti: *Dico, eundem Christum dixisse, antequam Abraham nasceretur, ego sum quia ante Abraham illius promissio facta fuerat & cognita in typis illius efficacia.* Ambo stulti illi ex iudicio Magistrali Smalcij, quod quocumq; modo Christum ab initio mundi mactatum senserunt.

C. Johan. 17. 11. Christus dicit: se non esse in mundo, & tamen 13. dicit, *Hæc sese loqui in mundo*, citra omnem contrarietatis speciem. Cur non ergò idem vocabulū a constitutione mundi & *Christo mactato* & alio in loco *scriptis* posset applicari. Nos tantas falebras, quæ Smalcio propter Socinum lib. 2. cap. 26. placent, non admittimus.

CI. *Et Socinus ipse tandem parte 2. cap. 26. concludit his verbis:*
Sed

Sed demus vel ex hoc loco vel aliunde istam sententiam elici posse, de qua in praesentia non est disputandum, quid tum postea? An putamus propterea necessario sequi, Christi mortem divinae iustitiae pro peccatis nostris satisfaciendo, humano generi profuisse? Minimè verò, *Hæc Socinus*, Immo verò Socine tamdiu stabit vera sententia, quandiu non solvetis illa vobis huc usque proposita argumenta de sacrificiis, non nisi post lapsum institutis, & non nisi usque ad mortem Christi continuandis, sicque singularissimo respectu Christum intuitis, de quæ sacrificialibus pecoribus, propter homines seu vice hominum peccatorum mortuis & expiationem fortitis.

EX DICTO LOCO INSTANTIA

Smalcij quarta.

CII. *Sed audiamus alia.* Thesis (*inquit*) 93. est: victimis (aliquo suo certo modo & respectu) placatum fuisse DEUM homini, patet ex victimarum attributis quæ sunt, offerri Jehovæ, offerri pro peccatis, mactari, sanguinem effundere, comburi, portare iniquitates hominum super se seu caput, in terram inhabitabilem, expiare homines, seu iniquitates hominum, placare Deum terræ & hominibus. *Hæc ille ex Franzij thesibus allegat, & postea asseribit sequentia verba:* At ego dico, primum ad ista omnia & multo plura, quam hic affert Franzius, jam abunde responsum esse à F. Socino, in libro de Servatore, & ostensum, non eam vim fuisse sacrificiorum Veteris Testamenti, ut DEUM placarent, ad quod respondendum erat Franzio, nec ita hæc asseribenda, quasi nova & planè antea incognita argumenta. *Hactenus adversarius.*

CIII. Quid ad hæc respondebimus aliud, quam quod *Respon.* supra ostensum fuit, videlicet, satis nostros mirari non posse, cur ἀπορροιαῖον argumentum & oraculum divinissimum de sacrificijs expiantibus ne minimo digitulo in suo nimis jactato volumine de Servatore & quidem parte 2. attigerit Socinus, quod ipsi & vobis ejus asseclis ingeminare non cessabimus, nimirum *in sanguine pecoris esse animam, & illam dari super altare ad expiandas animas hominum, sanguinem expiare animam, sanguine*

expiari animas, & quidem sanguine illo pecoris, cui sunt im-
Non predica- posita peccata offerentium per manuum impositionem. Eo-
zione non con- dem pacto pater coniecit super Christum omnium nostrum
firmatio- peccata, & Christus portans peccata hominum, vulneratus
ne Chri- est, & hujus portantis peccata hominum livoribus seu vibici-
sti per effusum bus sumus sanati.

sanguinem
eius, sed ipso
sanguine
Christi per-
tantis, im-
posita pec-
cata nostra
sanamur.
Socini mar-
ginale falsis-
simum.

CVI. Pudere autem debuisset Socinum, qui parte 2. cap. II.
ad marginem scribit, *ipsas legales victimas peccata expiasse, nusquam*
FORTASSE legitur. Pudere multò magis debuisset, quod de
hirco *ἀποποιήσας* scribit, illum QVASI portasse peccata ho-
minum. Talibus enim responsis totam evertere licebit scriptu-
ram sacram ipsam, Christum QVASI passum, QVASI mortu-
um, QVASI resurrexisse, QVASI ascendisse in cœlum. Relin-
quite igitur illud QVASI & respōdete nostris argumentis soli-
dè aliquid, aut dimittite impiam vestram doctrinam. Non nos
ad Socinum remittere debuisset Smalcus, sed ipsemet respon-
dere ad objectum, quod super caput pecoris ponantur peccata.

EX LOCO SÆPIVS DICTO IN-
stantia Smalcij quinta.

CVI. Iterum igitur vanum est, quod Smalcus paulò post con-
tendit his verbis: Locus Esaiæ nihil de placatione DEI per Christum
habet. POTVIT enim Christus ferre languores nostros, & do-
lores portare, POTVIT DEVS in eum conijcere omnes ini-
quitates nostras, POTVIT Christus duci sicut agnus ad ma-
ctationem, nec tamen DEVM ullo modo placare, ut FVSIS-
SIME demonstratum est à nostris in non paucis publicè edic-
tis scriptis, ad quæ quandiu nihil respondetur, quid opus est
totidem eadem dicere. *Hac ille.*

Respons.

CVII. POTVIT, POTUIT, POTVIT. *Non dicit*
Esaias POTVIT sed dicit, languores nostros ipse TVLIT.
non dicit POTVIT, sed, DEVS coniecit in eum iniquitates no-
stras, non dicit, POTVIT sed, velut agnus ad maectationem du-
ctus est. Ac his verbis ex doctrina sacrificiali desumptis indicat,
ita Christum portare & luere peccata hominum, sicuti pecus
peccata offerentis, De quare ad ravim usque nedum satis huc
usque est actum.

EX LOCO ALLEGATO INSTAN-
tia Smalcij sexta.

CVIII. *Pergit ille 2. terminos (quos vocant) Franzius mutat, dum satisfactionem probaturus, de placatione differit, Nam dato eo, quod victimæ aliquo modo DEUM placarint, QVOD TAMEN FALSUM EST, dato etiam quod Christi mors multo magis sufficienter proprieque placarit DEUM, ut affirmat Franzius thesi 95. num hinc sequetur, Christum DEO satisfecisse pro peccatis nostris? Nihil iminus. Tantum enim abest ut placatio satisfactionem inferat, ut eam planè excludat. Nec enim cum placare opus est, cui quo perfectè satisfaciam, habeo, sed cum aliquid deest in solutione, tum placationi locus esse solet. Hec iste.*

CIX. FALSUM ESSE dicit, victimas aliquo modo expiare. At tu optime lector satis jam audivisti, & plus satis expendes illud Levitici 17. 11. à Socino prætermis- *Respons.*
ma carnis (pecoris) est in sanguine, ego dedi illum vobis ad expiandas animas vestras, sanguis ipse expiat animam. Ecce quam plana, quam perspicua, & tamen Smalcius, FALSUM est, victimas ullo modo expiare.

CX. Illam verò censuram Smalcianam nemo curet, quod *An in expia-*
placatio excludat satisfactionem, & quod tum sit locus placationi, tione seu pla-
cum aliquid deest in solutione. Nos amba bus manibus largi- *catione sacræ*
mur adversario, inter pecora & homines nullam esse speciei *ficiali sit a-*
communionem, pecoris mortem nō æquivalenter posse com- *gnoscenda*
parari cum morte hominis, inter homines cum deest aliquid *quedam Deo*
solutioni, locum esse placationi. Interim Levitici 17. 11. Deus *ita visa &*
ipse hanc instituit viam & regulam, & ipsi satisfit, ut placetur, *sibi facta sa-}*
quando juxta ejus ordinationem pecus pro homine jugulatur *tisfactio.*
coram oculis ejus; ex consilio ipsius idem est quando vice homi-
nis pecus mactatur, & quia hac ratione DEVS dicit sese placari, utique solutioni nihil deest.

CXI. Multo magis in Filio suo, Domino nostro JESV Christo, Deo & homine hæc firmissimè verissima sunt habenda,

super

super eum coniecit DEUS iniquitates nostras, Vulneratur ille quando super eum sunt coniectæ iniquitates nostræ & DEUS tandē dicit, nos esse per mortē filij reconciliatos sibi. Nos stamus in ipsa revelata voluntate divina, quæ non nisi hoc modo voluit agnosci, Christum pro nobis passum, cæteræ glossæ, quas Socinus & Smalcjus assuunt, è diametro pugnant cum his expressis textibus nec solvuntur per QVASI, vel per POTVIT, POTVIT, POTVIT. An verò Prophetæ verba supposititia sint illa, posuit seipsum sacrificium pro delicto anima ejus, videat Adversarius in fontibus.

EX LOCO ALLEGATO INSTANTIA

Smalcij septima,

Ephe. 5. 2.
Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem.

CX. Procedamus & audiantur adversarij alia. Sic igitur ille ibidem: Ex uno atque altero loco docendum erat JESUM Christum pro peccatis totius mundi satisfacisse Patri suo. Nā non de locis est nobis controversia, sed de sensu, quem vos illis locis affingitis. Quanquam neque hic errore carere POTVIT Franzius. Ait enim thesi 97. Christum appellari oblationem & hostiam Ephe. 5. 1. cum tamen non Christus ibi, sed factum illius, quod seipsum pro nobis in mortem tradidit, hisce vocibus commendetur, quod scilicet res fuerit DEO acceptatissima, quales etiam olim erant oblationes & victimæ, Hæc verba illius.

Respons.

CX I. Respondemus nos ex doctrina sacrificiorum, ex qua hæc phrasēs suās mutuatus est Apostolus. In sacrificiis igitur Levitici 1. 9. 13. dicitur. holocaustum est oblatio ignita odoris quietis Iehovæ. Levitici 4. 30. 31. de sacrificio pro peccato privati, Adducet capellam pro peccato quod peccavit, admovebit manum suam super caput oblationis pro peccato & mactabit illam. Tolleq; Sacerdos de sanguine, poneq; super cornua altaris holocausti, totum verò sanguinem ejus effundet ad basin altaris, totum præterea adipem ejus auferet, adolebitq; super altare in odorem quietis Iehovæ, atq; expiabit eum sacerdos & remittetur ei. Quis hic non videt totam ipsam victimam his ceremoniis ita tractatam, videlicet, adductam, peccatis per manus impositas, oneratam, & immundatam, jugulatā, sanguine super altare

& ad altaris basin fundendo privatam & deniq; partibus com-
petentibus combustam, dici & ESSE odorem quietis Jeho-
væ, & illam ita datam super altare expiare animam peccatoris,
ceremonias exercente & moderante sacerdote, & remitti pec-
catum offerenti.

CXII. Tam sunt illa aperta, ut apertiora esse nequeant, &
jam applicatio quoq; erit plus quam facilima, *παρέδωκεν ἑαυ-
τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὡς ἱερός Φορῶν ἡμῶν Ἰουίας τῷ Θεῷ, εἰς ὄσμω̄ν εὐωδίας*
*tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & sacrificium Deo, in odorem bo-
nae fragrantiae vel suavitatis, vel benevolentiae* Cum enim sacrificia fue-
rint certissimæ figuræ Christi pro nobis morituri, tum Christus
tractatus modis analogis, qualibus victima tractabatur, addu-
ctus videlicet ad urbem sacrificiorum, peccatis hominum à Pa-
tre suo super eum coniectis oneratus, in illa oneratione & pec-
catorum gestatione vulneratus, attritus, percussus, in crucem
aræ analogias pulcerrimè suppletè elevatus, sanguine priva-
tus, dicitur & EST pro nobis oblatio & victima in odorem
quietis Jehovah. Accessit in Christo ultra sacrificiale pecus hoc,
quod ipsemet seipsum præsentavit & tradidit; cæteræ etiam ce-
remonia in victima & in Christo per analogiam pulcerrimam
congruunt.

CXIII. Adeo prorsus evanescit objectio illa adversarij,
quasi non Christus sed actio Christi sit ille odor bonæ fragran-
tiæ, cum & collatio typi cum antitypo & verba clara Apostoli
ostendant & corpus & ea quæ in corpore contigerunt affectio-
nes & passiones fuisse odorem quietis Jehovah, seu odorem sua-
vissimum Jehovah.

EX LOCO SÆPISSIME DICTO INSTAN-
tia Smalcij Octava.

CXIV. *Eadem facilitate diluitur alia è vestigio ab adversario adjecta*
objectio: Deinde verba quod Christus sit peccatum, explicat
(Franzius) id est, victima pro peccato. Cum tamen nullo mo-
do appareat, ea ita accipienda esse, sed certum sit, eo modo
Christum esse peccatum factum, quo homines justitia Dei fa-
cti sunt. Hæc enim ibi invicem opponuntur. Homines verò ita
justitia Dei facti sunt, quod non secus tractantur vel tractabun-
tur

Quomodo
Christus pro
nobis sit factus
PECCATVM.

tur olim à Deo, ac si semper justi fuissent, cum tamen tales re-
vera non fuerint. Ergò etiam Christum peccatum factum esse
à Deo, aliud nihil est, quam Christum ita à Deo tractatum fu-
isse, ac si esset peccator, cum tamen talis revera non fuerit. Ha-
ctenus verba ejusdem.

Respons.

CXV. Locus extat 2. Cor. 5, 21. *Fecit ut is qui non novit pecca-
tum, pro nobis peccatum esset, ut nos efficeremur justitia Dei in eo.* Explica-
tio illius, quod *Christus ita factus sit peccatum, sicut nos reddimur justitia,*
a Smalcio allata, est imperfecta. Illud enim à nobis penitus re-
Non ex opposi jicitur, quod tantum ex oppositione *justitiæ*, (quæ facti sunt ho-
tione peccati mines,) & *peccati*, (quod factum est Christus) conatur penitissi-
& *justitiæ*, sed mè docere quomodo propriissimè Christus sit factus peccatum.
ex typo pecoris At quomodo Christus sit factus peccatum, declarari debet per-
& antitypo fectè ex pecore sacrificiali, quæ & ipsa fiebat peccatum, seu im-
mors Christi munda, quando sibi imposita hominù portabat peccata & tunc
debet declara maclabatur & sacrificabatur. Hoc est intimum fundamentum
ri penitissimè. & perfectissimum, quod Smalcio odit, explicatio verò illa,
quod Christus factus sit peccatum, nimirum quia ita tractatus
fuit ac si esset peccatum, vera quidè est, sed quoad hanc contro-
versiam incompleta. Quod autem sacrificia fuerint dicta PEC-
CATA plurimis exemplis in his disputationibus probatur.

*Osea. 4. 8. pec-
catum populi
mei comedere-
runt.*

CXVI. Similiter nos ita sumus justitia facta per Christum,
sicuti offerenti remittuntur peccata. Offerentes fiunt justis, hoc
est habentur pro justis, pro expiatis, quia anima pecoris in se re-
cipit peccata eorum, peccatis onerata maclatur, & combusta fit
odor QUIETIS Jehovæ, siquidem Jehova hanc mortem ha-
bet pro quietatione, pro recompensatione, pro satisfactione,
ac si per omnia & per æquivalentissimã speciẽ esset ipsi satisfa-
ctũ cum jam odoretur odorem sacrificij, & illo odore quietetur
seu tranquilletur. Eodè pacto Christus pro nobis factus peccatũ
nos fecit justitiam, siquidè ille nostra peccata portat, portando
moritur, moriẽs peccata expiat, expiat nos Patri, ut hanc mortẽ
odoratus jam nobis tranquilletur, ac si peccata nunquã habuis-
semus.

INSTANTIA SMALCII IX.

ex dicta disp.

CXVII. *Aliud adversarij objectum.* Thesi 98, *Chirographum è*
me.

medio sublatum & cruci affixum, ait Franzius adversum nos & Smalcium cor.
nobis contrarium fuisse, non animadvertens, Paulum ibi Col. tendit quod
2, 14. non de omnibus hominibus sed de solis Judæis agere. His Christus solum
enim solis lex erat data, & hi soli sese ad eam observandam ob- modo Iudæorū
ligarant: quod mutatio personæ satis & manifestè indicat. Chirographū
Cum enim antea in tertia locutus esset de omnibus, versu 13. in cruci affixum
prima persona de se & alijs Judæis loquitur. Unde etiam con- sustulerit.
stat ex hoc loco COMMENTUM SATISFACTIONIS
potius destrui quam probari quemadmodum id disertè docuit
Socinus. Hactenus ille.

CXII X. Mutatio (*respondemus*) personarum parum juvat Respons.
Socinum & Smalcium, usitata nimirum concionatoribus plebē
docentibus, qualē etiam in primo capite hujus ipsius exempla
licebit observare. Sed ad rei ipsius momenta melius intelligēda,
ex adversarij ipsius objectione adversarium fiant argu-
menta. Quibus lex fuit data & qui sese ad illam observandam obligarunt, il-
lorum Chirographum fuit cruci affixum & è medio sublatum per Christum. Syllogismus.
At solis Iudæis lex fuit lata, & illi ad eam observandam soli sese obligarunt, Er-
go solorum Iudæorum Chirographum fuit cruci affixum, & è medio per Chri-
stum sublatum. Sic enim argumentatur adversarius. At hīc sim-
pliciter nos negamus minorem propositionem & ex Levit. 17.
8. ostendimus, sacrificia etiam præscripta fuisse & licita ipsis
reliquis, qui non erant ex Judæis oriundi. Huc etiam pertinet
illud Num. 15, vers. 14. 15. 16.

CXIX. Levit. 17, 8. Quicumq; è domo Israel aut de peregrinis, qui pere-
grinantur in medio vestri, obtulerit holocaustum aut sacrificium, & ad ostium
tabernaculi Ecclesie non adduxerit illud, ad faciendū illud lebove, tunc exci-
detur vir ille è populis suis. Et ibi de utrisq; sequētia declarātur, quod
anima carnis sit in sanguine, quod sanguinē dederit Deus super
altare ad expiandā animā, & quod sanguis ipse expiet animam.

CXX. Num. 15, 14. 15. 16. Cū peregrinatus fuerit apud vos pe-
regrinus, aut quicumq; est in medio vestri per generationes vestras, feceritq; ob-
lationē ignitā odoris quietis lebove, quemadmodū facietis sic faciet. ò congre-
gatio, statutū unū erit vobis & peregrino qui peregrinatur apud vos. Sta-
tutū perpetuū per generatiōes vestras, sicut vos, sic & peregrinus erit co-
ram

ram Jehova, Lex una & norma una erit vobis & peregrino, qui peregrinatur apud vos.

CXXI. *Invertimus igitur Syllogismum*: Quibus lex fuit lata, & qui sese ad illam observandam obligarunt, illorum Chirographum fuit cruci affixum, & è medio per Christum sublatum. At Judæis & Ethnicis lex fuit illa de sacrificijs in specie lata, & ita illos ad eam observandam Deus obligavit, Ergò & Judæorum & Ethnicorum Chirographum fuit cruci affixum & è medio per Christum sublatum. Sic ergò qua parte, nostræ doctrinæ de satisfactione Christi unice volebat Smalcius nocere & quasi triumphum agere, ipsemet eandem confirmandi & vehementer illustrandi occasionem præbuit maximam.

EX LOCO INDIGITATO SÆPISSIME INSTANTIA Smalcij decima:

An Christus Patri sanguinem fuderit, hoc est, sua passione ejus justitiæ satisfecerit, quia propter lapsum ea requirebat peccatam.

CXXII. *Videamus alia minora*: revertitur igitur ad dictum Eph. 2, & de eo verba Franzij, hæc exscribit: quod Patri suo, Patri inquam, Patri sanguinem effuderit & solverit (id quod in Dativo casu sibi ex Scriptura demonstrari jubent adversarij) testatur Apostolus Ephes. 5, 4. 1. Cum inquit, Christus dilexit nos & tradidit, &c. *Iam ipse addit*: Sed ubinam legit Franzius, quod in Dativo casu jubeamus nobis demonstrari, Christum sanguinem suum Patri effudisse? Non de casu Grammatico, sed de re ipsa sermo est, dum dicimus, ad propriè acceptam redemptionem requiri, ut λύτρον alicui detur. Quia verò in redemptione, quæ per Christum facta est, nemini Christus vel sanguis ejus qui λύτρον est, datus sit, hinc apparere asserimus, vocem redemptionis non propriè, sed figuratè accipiendam esse, & liberationem simplicem tantum significare. *Hæc ille.*

Respons.

CXXIII. Respondemus, primò *querit*, ubi nam ipsi scripserint & jusserint sibi monstrari in Dativo, quod Christus Patri suo effuderit sanguinem suum & λύτρον solverit, *sed cur non recordatur illius*, quod est apud Socinum Cap. 8. p. 1. de servatore *his verbis*: Atq; primò illud considerandum videtur, quod tu, sicut verè credis & scribis, ita fortassis non in sententia solum, verum etiam IN VERBIS Scripturæ extare putas, Christum nobis Deum reconciliasse, cum tamen id nusquam scriptum extet, *sed*

sed tantummodo vel NOS simpliciter per Christum sive per mortem Christi reconciliatos, vel Deo reconciliatos fuisse. : *Hactenus Socinus.* Habet igitur Smalcus, qui in eo casu id à nobis requisiverit: & data sunt illi exempla Eph. 5, 2. Hebr. 9, 14.

CXXIV. Ad Ephesios Apostolus dicit: *Christus tradidit seipsum oblationem Deo in odorem suavitatis,* sed ad Hebræos *obtulit seipsum inculpatum Deo.* Qui se offert Deo pro nobis reconciliandis, is utiq; Deum vult reconciliare nobis. At Christus Deo se offert pro nobis, Ergò Deum vult reconciliare nobis, & hoc unum est, quoad effectum operis in quo Deus hominibus erat reconciliandus hoc pacto, sicuti terræ placatur iratus Jehova per sacrificia 2. Sam. 24. ver. ultimo. Sed & in sacrificijs typis mortis Christi, homini placatur Deus, ergò & in sacrificio Christi generi humano seu omnibus hominibus reconciliatur Deus. Et cur non placaretur is hominibus, qui à Christo accepit odorem quietis sibi oblatum Christum, sicut placatur Deus oblatione ignita odoris quietis homini adducenti & offerenti materiam sacrificialem.

CXXV. Levit. 1, 4. Juvenis fit acceptabilis adducenti & admoventi manum suam super ipsum ad expiandum ipsum, id quod versu 9. explicatur, quod fiat oblatio ignita odoris quietis Jehovæ. Si expiatur homo, utiq; Deus reconciliabitur homini; si Jehova odoratus odorem quiescit, utiq; antea non acquiescebat. Levitici 4, 20. Sacerdos expiat per sacrificium homines & remittitur eis. Ecce is expiatur, cui remittitur; An non hoc idem est, quod homini reconciliatur Deus. Postea verò quando Christi sacrificium fuit peractum & similem maximum & immensum habuit effectum, & homines jam admonentur ad illud sibi applicandum, ibi dicuntur Apostoli habere sermonem reconciliationis, dicitur Deus in Christo mundum sibi reconciliare Deo, orantur homines ut reconcilientur Deo.

CXXVI. Habetur igitur utraque phrasis in dativo & in accusativo in sacris literis, sensu iam optime quadrante indicato. Erant enim utrinque (propter offensas hominis & poenas offensas decretas & inferendas) inimicitia, longè vero justæ ex parte Dei, quam ex parte hominis, Christus igitur ad abolendum

An Deus reconciliatus fuerit hominibus, an quod Photiniani contendunt, contrarium saltem sit verum, quod homines reconciliati fuerint Deo.

Quo sensu & cur etiam homines dicantur reconciliari.

Inimicitia & ira Dei potius sunt justissima poena dicenda.



(& ad pœnas æternas ab hominibus avertendas) per immolationem sui ipsius patefactus est Heb. 9, 26. Reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius Rom. 5, 10. Et quidem Jehova conjecerat super eum omnes iniquitates nostras Es. 53, 6. Peccatum igitur Deum offendit, propter peccatum vulneratus est Christus, an non igitur debuit Deus reconciliari hominibus. Quid opus est pluribus de istis admodum facilibus.

CXXVII. Ergo sicuti anima pecoris est medium, quo juxta ordinationem divinam expiatur peccator suo modo apud Deum, ita quoque sanguis Christi, vita Christi est *λύτρον* quo peccatores liberantur ab illius pœnæ luitione, quam æternus Deus propter peccata ijsdem decreverat singulari illo decreto; Quocumque die comederis, moriendo morieris. Pœna autem illa simul complectebatur Satanæ servitutem, siquidem seducendo hoc agebat Satanas ut peccati & pœnarum socios, sed tamen sibi met mancipatos redderet cunctos homines. Propriè igitur & non figuratè sumus redempti & liberati, longeque aliter, quam Moses dicitur redimere populum ex Ægypto Act. 7, 5.

INSTANTIA SMALCII UNDECIMA.

CXXIIX. *Leve illud est, quod ait Smalcus, illud consideremus an Paulus dicat, Christum sanguinem suum Patri effudisse.* Paulus ait, Christus tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem bonæ fragrantiae. At non dicit Christum sanguinem suum effudisse Deo vel Patri. Nam vox tradidit, non cum voce Deo conjungenda est, ut vult Franzius, sed **PER SE STARE CENSENDA EST**, & significat, tradidit in mortem, ut etiam alibi. Verba verò sequentia *oblationem & victimam Deo* non dependent, similiter à voce tradidit, sed novum sensum inchoant & commendant istam traditionem. Christi in mortem, quod fuerit res Deo longe gratissima, quemadmodum olim grata Deo etiam erant suo modo sacrificia. Locum similem vide Phil. 4, 18. ubi eadem loquendi forma Paulus similiter opus multò minus hoc Christi opere commendat. Illud verò quam turpiter assutum & infartum est **ET SOLVERIT**. Quasi omnis is qui sanguinem suum effundit, idque ut vult Franzius alicui, eidem etiam solvat aliquid pro aliquo. Credo equi-

equidem, si Franzium non pudebit istarum rerum, fore qui hinc agnitus sit earum foeditatem. *Hec ille.*

CXXIX. RESPONDEMUS, antea satis fuit ostensum, *Responsio* sicuti in sacrificijs modo juveneus aut vitulus acceptabilis dicitur esse ad expiandum Lev. 1, 4. modo sanguis ejus Levit. 17, 11. ita quoq; de Christo Scripturam loqui, quod pertulerit peccata nostra in corpore suo super lignum Esa. 53. & 1. Pet. 2, 24. quod nos redemerit à maledictione legis pro nobis factus maledictus, sicut scriptum est, maledictus in ligno, Gal. 3, 13. quod venerit ut daret animam suam redemptionis pretium pro multis Matth. 20, 28. quod sanguis ejus effundatur pro multis in remissionem peccatorum Matth. 26, 28. quod cum proposuerit Deus placamen per fidem in sanguine suo, Rom. 3, 25. quod redemptionem habeamus per sanguinem ejus Eph. 1, 17. Significat igitur Scriptura, totum Christum in primis cum corpore, anima & sanguine seipsum tradidisse. Cur non CENSENDA sit vox TRADIDIT stare per se sed conjungenda cum Deo, etiam supra monstratum est, & quidem paulo ante, ex doctrina sacrificiali, ubi & tota victima & actus cum eo instituti simul dicuntur odor quietis Jehovæ, ne opus sit actum prolixè & denuò agere.

CXXX. Alter locus Phil. 4, 18. *Expletus sum acceptis ab Epaphro-* *Responsio ad*
dito ijs quæ misistis odorem suavitatis, hostiam acceptam, Deo placentem, illud quod elec-
nihil pro adversario, quia & actionem & cum primis *ἡ χάρις ἡ ἐ-* *mosyne dicun-*
μὴν vocat *ὄσμων ἐρωδίας*, hoc est, ea quæ sunt pio studio collecta *tur sacrificia.*
& transmissa dicit esse odorem suavitatis, idq; juxta secundum
& posteriorem seu minus principalem sacrificiorum finem, Pri-
marius enim finis eorum est, in legitimo usu expiare, *Secundarius*
repræsentare bona opera & preces hominum, qua de re alicu-
bi superius plura.

CXXXI. *Christus Patri suo sanguinem effudit &* SOLVIT. Turpe hoc est assutum & infartum inquit Smalcus, quasi omnis qui *An sanguis*
sanguinem suum fundit, solvat aliquid. Benè Martyres (*re-* *Christi sit*
spondemus) fuderunt sanguinem & nemini quicquam solve- *λύτρον.*
runt. Christus verò fundens sanguinem solvit aliquid, siqui-
dem expressè Matth. 20, 28. dicit se ponere animam *λύτρον*
SOLUTIONEM, & solvere sanguinem & solvere animam
pari-

pariter se habent, quia Genes. 9. 4. dicitur sanguis anima-
rum humanarum, seu sanguis in animabus humanis, Ergo
perinde quoad sensum est, sive dicatur Christus solvere ani-
mam suam Matth. 20. 28. sive fundere sanguinem, quæ phrasis
etiam passim habetur. Nihil est cuius nos pudere debeat ira lo-
qui, immò parcimus adversario quem malis modis propter tam
tenuia contorta excipere possemus. Utrum etiam hæ sint con-
jecturæ & vanissimæ ratiunculæ, nec satis solida unicuique
amico & adversario iudicandum committitur.

*Adversarij de
phrasi censura
quædam cum
Resp.*

CXXXII. *Aliud exagitat quod dicimus.* Christum Patri suo san-
guinem fudisse. nihil nunc dico (inquit adversarius) quod Fran-
zjus pro lubitu suo vocè DEUS pro Patre accipit, quod etiam
si apud nos verum sit, ei tamen, qui non tantum DEUM pro
Patre habet, sed etiam Filium & Spiritum sanctum, nescio quo-
modo licebit. RESPONDE MUS, Christus ratione suæ car-
nis habet Deitatem totam adeoq; Trinitatem suam Patrem, &
tota illa fuit offensa per peccatum hominis, toti igitur solvi-
tur redemptionis pretium. Vide Aug. qu. 51. in N. T.

*De axioma
isto veterum
Arianorum,
nemo potest
suiipsum esse
MEDIATOR.*

CXXXIII. Nec tantillum aliquem absterrere debet vetus
veterum Arianorum objectio, quod nemo sibi ipsi aliquid pos-
sit solvere, sicut etiam nemo possit apud seipsum pro alijs in-
tercedere. Si enim tantum una esset persona divina, quod
adversarij nostri contendunt, & ea persona per lapsum pri-
morum parentū fuisset offensa, ut & irata facta primis parenti-
bus, quis quæso ambas partes reconciliasset. Si dicunt, illam u-
nam personam hoc fecisse & ex libertate plena suæ vo-
luntatis hoc fecisse & potuisse ex libertate plena suæ volunta-
tis hoc facere, tum regerimus, ergo etiam in Trinitate quan-
tumvis mediator tamen potuit in solutione precij analogum
& simile aliquid sibi metipsum certo respectu præstare.

INSTANTIA SMALCII DUO-
decima.

CXXXIV. *Adhuc unum restat. Sic enim Adversarius.* Nunc ut res
breviter expediatur, vide quid concedam Franzio. Esto sacristi-
cia extitisse jam inde à lapsu, eaq; fuisse figuras mortis Christi,
quod tamen utrumque FALSUM vel saltem INCERTUM
est,

est, num ex eo quod cessarunt sequitur, eas fuisse figuras mor-
tis Christi satisfactoriae. Nonne simpliciter ideo cessasse dici
possunt, quia res ipsa vel figuratum apparuerit, etiamsi figura-
tum non fuerit aliquid satisfactorium. Omnis enim figura
cessat, exorto figurato. Itaque ad ostendendum, eas jure ces-
sasse, satis est dicere, eas fuisse figuras mortis Christi, qualis-
cunq; tandem mors ista fuerit. Christi vero mortem satisfa-
ctoriam fuisse, aliunde ut probetur necesse est, non ex figuris
illis. *Hec ille.*

CXXXV. Audiat responsionis loco Smalcus, sacrificia *Respon.*
coeperunt non nisi à lapsu, cum promissione de Christo, & de-
finere debuerunt, non nisi post mortem Christi, Ergò ad Chri-
stum habuerunt respectum singularem & certissimum, quem
Apostolus ad Hebræos satis perspicue declarat. Deinde sacri-
ficialia pecora vice hominū seu loco hominū moriebantur, Er-
go & Christus pro nobis mortuus non aliter, nisi vice & loco
nostri fuit mortuus. Id quod hucusque ad sufficientiam usque
fuit demonstratum: & difficile erit adversario, illa vel contor-
quere saltē in alienum sensum.

CXXXVI. Quid verò novi tandem audimus. *Sic enim adver-* *Arrigite au-*
sarius addit: Christi mortem satisfactoriam fuisse, ALIVNDE *res amici &*
ut probetur, necesse est, non ex FIGVRIS ILLIS. *Ecce adversa-* *inimici in hac*
rius vult sibi probari satisfactionem Christi non ex figuris illis, seu ex sacri- *controversia*
cijs, sed aliunde. Econtra quid Socinus Patriarcha ipsorum scri- *nostra.*
bit? IS sentit argumentum à sacrificiis pro satisfactorio meri-
to Christi ductum esse, præ reliquis argumentis potens.

CXXXVII. Constituerat Socinus seu diviserat argu-
menta pro merito Christi satisfactorio in quatuor classes
parte 2. de Servatore Cap. 1, mox ab initio & quartum fecerat, in
quo sacrificia antiqui foederis cum Christi morte, & ipse Chri-
stus cum illis victimis vel etiam cum summo sacerdote confer-
tur. De hac igitur quarta classe argumentorum sic scribit ca-
pite 9. parte 2. (*De ultimo tuorum testimoniorum capite.* IN QVO
MAJOR VIS ESSE VIDETVR, jam Deo annuente, differere
aggrediemur.) *Hec iste.* Idē capite 12. parte 2. de Hirco ἀποποιήσας agens
dicit, sed difficilis adhuc sane nodus solvendus restat, qui nisi sol-
veretur

veretur, quicquid ferè à me huc usque dictum est, & in firmare & còvellere posse alicui fortasse videretur &c. *Hec idem.*

CXXXVIII. Tanti facit ipse Socinus argumentum à sacrificiis pro concludendo merito Christi petitum. Vtique enim æstimare potuit, mactationem & combustionem tot pecorum (per annos fermè quater mille, in uno certo illo loco, in quo tandem Christus passus est, & quidem pecorum combustorum non nisi igne coelesti, & quibus prius imponebantur peccata hominum, & quibus ipsis dicebantur homines expiari,) Non posse fuisse frustraneam. Præsertim cum *Esaias* capite 53. in Prophetica visione cernat simili modo super Christum conijci peccata & Christum post coniecta in eum peccata fuisse vulneratum, & posuisse animam sacrificium pro peccato, cum item apud *Danielem* cap. 9. Angelus prædicat, Christum affuturum & passurum & finem sacrificijs allaturum, cum deniq; *Apostolus* ad *Hebræos* sacrificiatypos mortis Christi fuisse expressè dicat, & ut illic, ita ad *Rom.* 3. 25. Christus ad remissionem præcedentium peccatorum sanguinem fudisse scribatur.

CXXXIX. Non enim sufficiebat DEO verbis tantum rem proponere veteribus Ecclesijs, sed tali in oculos incurrente & rem omnè expediente quam facilimè & omnis detorsionis, depravationis, corruptionisq; experte ritu illud mysteriũ publicè proponi & singulis seculis toti mundo constare & extare voluit. Hoc igitur ipsi Socino non præter causam majoris momenti argumentum visum thesibus prioribus Franzius leviter attigit, sed hisce sacrificialibus thesibus luculentius explanare studuit. Et quod in prioribus thesibus hoc argumentum vocavit nodũ Gordium, quem cum bis mille Alexandris magnis nemo solvere queat, id nunc citra omnè propriam jactantiam, à qua abest longissimè, sed ex confidentia & *ἡ ἀληθοφροσύνη* certitudinis verbi divini repetit.

CXL. Miratur autem, S. nalcium ab hoc argumento appellare ad alia argumenta, dum scribit, *Christi mortem satisfactoriam fuisse, ALIUNDE ut probetur, necesse est, non ex FIGVRIS ILLIS.* Hæc ipse. Nos verò ab hoc argumento INVICTO nunquã patiemur nos abstrahi, & thema de sacrificijs forsã sudorem pariet adversarijs, nobis omninò conscientias nostras in vera fide de merito Christi satisfactorio vehementer tranquillat.

41. Sed

CXLI. Sed adhuc unam conclusionem audiamus in loco huc usq; sæpius allegato *Smalcij* in ea quam de sacrificijs, protulit, censurâ suâ, *Sic igitur ille*: FALSUM est, Christū Patri oblatum esse victimam, eo sensu, quo id *Franzius* accipit. Nam secundum veritatem, Christus hodie etiam offert seipsum Deo pro nobis victimam, ut testatur, epistola ad Hebr. *Hæc ille*. RESPONDEMUS, quod satis sit contra utrunq; hætenus dictum. Primò enim Christus nō sensu *Smalcij*, sed ita se obtulit Patri sacrificiū, sicuti pecora offerri sibi voluit Deus inde à lapsu usq; ad exaltationē Christi ad dextrā æterni patris, de quo modo hætenus plurima sunt in mediū prolata. Et quanquā quod antea brevius fuit indigitatum, Luc. 1.35. Spiritus S. dicitur obumbrare Mariam, tamen rectissimè illa explicat *Augustinus* tomo 4. *quæst. 51. in questionibus novi testamenti*: Factū S. sancti, factū Filij Dei est, & propter naturæ & voluntatis unitatē. Sive n. Pater faciat, sive Filius, sive S. sanctus, Trinitas est, quæ operatur, & quicquid tres fecerint, Dei unius est operatio. *Hæc Augustinus*. Deinde epistola ad Hebræos præteriti tēporis nota utitur, nō præsentis, Heb. 9.28, semel oblatum est, ut multorū peccata tolleret, & 10.10,14. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel, unica oblatione consummavit in sempiternū sanctificatos.

CXLII. *Pergit Smalcius*: FALSUM est, Deum iratū fuisse generi humano, cum Christū misit. Erat n. in Christo mundū sibi reconcilians, 2. Cor. 5,19. FALSVM proinde etiā est, eū fuisse placatū ab aliquo. *Hæc ille*. Quod Messias non sit promissus, nisi post lapsum, quod nec fuisset mittendus, nisi intervenisset lapsus humani generis, speramus in hoc sacrificiali tractatu satis appariturū. Si autem Messias debuit venire, etiam si lapsus non intervenisset, & si hoc à Christianis debuit credi, tum etiā utiq; illud in sacris literis divinitus fuisset de hac ipsa re revelandū. At de eodē capite, quemadmodū huc usq; ostesum est, in sacris literis nihil extat. Si verò eisdē capitulis in sacris literis extare viderent Photiniani seu Ariani nostri vestigia nō incerta, debuissent ea ipsa vel primo loco quodam, in controversia de merito Christi, quod oppugnandū sibi & expugnandū sumserunt, clarè indicare, non paucis sed multis eadē verbis inculcare, & plurimis

modis

modis roborare. Quot verò hæcenus prodierunt scripta ipsorū
contra meritū Christi & in quibusnam scriptis clarè suā istam
opinionē prodiderunt, ut cuncti satis aperte possent animada-
vertere, *HANC ESS IPSORVM PRÆCIPVAM QVANDAM HY-
POTHESIN*. Nihilominus tamen eadē apud ipsos ita constitutā
& pro certissimo verbo Dei divēdita adversus nostrarū Eccle-
siarū confessionē quantis possunt tumultuantur acclamatio-
nibus Sed de utroq; quod propter lapsum Deus toti generi hu-
mano fuerit iratus, & quod per Messiam Deus placetur generi
humano; huc usq; plus satis est actum: ut etiam illud nō nega-
mus quod Deus jã placatus ex magna *Φιλανθρωπία* cunctabun-
dos & impios homines ad reconciliationem invitet.

*Ecce lector
Smalcus quā
pulcras habeat
phrases in re-
futandis ad-
versarijs, stul-
tum, ridiculū,
stultissimum
est.*

CXLIII. *Progreditur Smalcus: FALSISSIMVM* est. Christum esse
Deum & hominē: *STULTVM* est, dicere huc respexisse Iohannem
in verbis citatis (NB intelligit Smalcus illud dictū, Sanguis Je-
su Christi Filij Dei emundat nos ab omni peccato) quæ nihil
cum sacrificio Franzij commune habere inde apparet, quod ibi
de tali mundatione per sanguinem Christi facta sermo sit, quæ
adhuc durat, ait enim: *emundat nos. STULTISSIMVM* verò, ex voce
Filij Dei, talem personam constituere, quæ Deus simul sit & ho-
mo, qualis dari nulla potest. Quemadmodū n. Deus sine per-
sona sua esse nequit, sic nec homo. Alioquin homo verus nō fu-
turus. Homo n. personā homo est. Datā autē personā divinā &
humanā duo erunt Christi, & plures tribus personæ in Deitate.
Hæcenus Smalcij verba. Respondemus, 1. non sufficere negationē,
quod in Christo sint duæ naturæ, & nondū respōdiffe Smalcij
aliquid solidi ad istud Esa. 63. ut nec ad illud Ioh. 8. 58. 2. Supra
dictū esse, cur scriptura interdum præterito utatur, Apoc. 1. 5.
Lavit nos à peccatis nostris per sanguinem suum, interdū verò
præsenti, ut 1. Joh. 1. 7. & cur tamen utrobique non possit; &
debeat non subintelligi sacrificium Christi in ara crucis pera-
ctū. Eò remittitur Smalcus ut illa solidè censeat. 3. Secundum
rationis simplicioris humanæ scrutinium forsā posset aliquid
obtinere Smalcus pro duabus personis ex duabus naturis in
Christo, at non juxta verbi divini tenorem, ubi Christi divini-
tas & humanitas nobis ut una describatur persona: ut nihil di-
catur, quod vix in accuratiore examine Philosophico ferre va-
litura sit ætatem illa eius conclusio.

F I N I S.

94 A 7382

ULB Halle 3
002 183 692





Sb.

VD 17

21.7.99 Bd. 1







oprimis c.
umbras,
um fuerit,
atoris vi-
facerdote,
olabantur,
inquit: Fi-
qua publi-
rdote non
rtim verò
anctorum

& alium fi-
rum repre-
hominum,
udinem ho-
typica aliud

aram, immò
xpiani, Le-
repraesenta-
cima, a thes-
D quia scri-
do expiandi
hac ipsa di-
dum est Il-

em, & ta-
s, qua dici-
tisfactoriz,
it monstra-
s commune
fuisse Signa
remitti pec-
) universum
ejus partes
toridem fe-
nia sacrificia
ago veritati
gura mortis
pro univer-
so, & statis
mel in anno

DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
De
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRI-
STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes

DECIMA SEXTA:

Itidem methodum ad alias quasdam Smalcij & aliorum
Photinianorum seu Arianorum contra meritum Christi
objectiones solide respondendi ostendens.

QVÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis
ad d. 22. Novembris Anno c^o l^o c^o xv. in incluta Viteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLF GANGO FRANZIO, S.S.
Theologiae Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

M. JOHANNÉ DE GRAVEN
RIGA-LIVONO.

VViteberga, Typis Johannis Gormanni.